

MARII

SALAMONII PATRI

TII ROMANI DE

PRINCIPATV.

LIBRI SE

PTEM.



ROMÆ

In Vico Peregrini.

Cum Priuilegio Summi Pontificis
ad Decennium.

M. D. XLIIIIL

MARII
SALAMONII PATRI
TI ROMANI DE
PRINCIPATV.
LIBRI SE^E
PTEM.



ROME
In Vico Peregrini.

Cum Privilegio Summi Pontificis
ad Decenium.

M. D. XLIII.

Otu proprio &c. Cum, sicut dilectus filius noster, Michael Tramezzinus biblio pola Venetus nolis nuper exponi fecerit, ad communem, omnium studiorum utilitatem, sua propria impensa diversa opera latina, & Italicae ipsa Italica, tam ex Latino, & Hispano ac Gallico Idiome translatâ, quād Italie fusta, minimēque translata; hactenus non impressa in primi facere intendat, dubitētque, ne huiusmodi opera postmodum ab aliis sine eius licentia imprimantur, quod in in extimam suum praeiudicium tenderet. Nos propter ea eius indemnitatī considerare volentes; Motu simili & ex certa scientia, eidem Michaeli ne predilecta opera hactenus non impressa, & per ipsum imprimenda, per decem annos post eo runderem operam vel cuiuslibet ipsorum impressionem, a quacunq; sine i; suis licentia imprimi aut vendi, seu vena i; teneri posint, concedimus & indulgemus. Inhibentes omnibus, & singulis Christi fidelibus, tam in Italia, quād extra Italiā existentibus, praesertim bibliopolis, & librorum impressionib; sub Lxxcom municationis latè sententię in terris verò S. R. E. Mediate vel immediate subiectis, etiam Ducentorum ducatorum auri, Camerae Apostolice applicandorum, & infra amisionis librorum, Pœnatoties ipso facto, & absq; alia declaratione incurrenda, quoties contravenient fuerit; NE INTRA DECENNIVM Ab impres

INDEX HVIVS OPERIS.

LIBER PRIMVS.

Proemium, sive Epistola ad S. LEONEM. X.
Pont. Max.

Vtrum, & quibus legibus solitus sit Princeps.

Tyrannidis est legibus non parere.

De invocatione diuini numinis quomodo, & a quibus scienda est.

LIR. II.

Vtrum lege sua Princeps ligetur.

Nunquid in ciuitate maior sic ipso principatu potestas.
Num Princeps alia leges auctoritate constitutat, quam principatus.

Num leges maioris auctoritatis sint ipso Principatu.
Ad legem Luliam de ambitu, & quid inter ambitum sit,
& simoniam,

quomodo sibi ipsi imperare quis dicitur,

quomodo Populus suis ligatur legibus.

Quid est ciuitas.

Quid lex.

Quomodo legibus vitetur Princeps, & quomodo priuatus.

A ij

siōē dictorū operū, vel cuiuslibet ipsorū, respectuē cōputādi, dicta opera tā Latina, quā Italica hactenus nō impressa, & p ipsum Michaelē ī primēda sine eiusdē Michaelis expressa lēctiā dicto decēnio durāte, imprimere, vēdere, seu venalia habere vel proponere audeat. Mādātes vniuersis venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopis, episcopis, eorumq; vicarijs in Spiritualibus gñalibus, & in statu temporali S. R. E. etiam Legatis, & Vicele gatis Sedis Apostolice, ac ipsius Status Gubernatoribus, ut quoties pro ipsius Michaelis parte fuerint requisiti, vel eorum aliquis fuerit requisitus, eidē Michaeli effigie caccis defensionis prēsidio assilentes, premisa ad omnem dictū Michaelis requisitionem, contra inobedientes, & rebelles per censuras ecclesiasticas, etiam sapientia aggraundo, & per alia iuris remedia auctoritate Apostolica exequantur: inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis, Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisq; contrarijs quisbuscunq;. Et insuper, quia difficile admodum esset prae sentem Motum proprium ad quiclibet loca deferri: Volus mus, & Apostolica auctoritate decernimus, ipsius transsumptis vel exemplis, etiam in ipsis operibus impressis, plenam, & eandem prorsus fidem vbiq;, tam in iudicio quā extra haberi, que p̄sentī originali haberetur, Et quid presentis Motus proprij sola signatura sufficiat, et vbiq; fidem faciat in iudicio, & extra, Regula nostra in contrarium cedita non obstante.

P L A C E T A.

LIB. III.

quod pluribus, & arctioribus legibus ligatur Princeps,
quād ceteri.
Differe: tia inter Principem, & Tyrannum, & quod eo
rūdem species.
Quas leges condere, quasq; tollere potest Princeps.
Que iustæ, queque iniustæ sint leges.
Propter quid Princeps.
Nunquid Princeps communem suę anteponat utilitatē.
An cum alterius detrimento communis utilitas sit pro
tida.
An ad Principem pertineat curare commoda singu
lorum.

LIB. IIII.

An Ad Principē de moribus cura pertineat, & per quād
necessaria sit,
quibus artibus Princeps Cives bonos efficiat.
que puniendi ratio, & castigandi modus.
De Scandaliz atione, quædam pulchra.
quibus virtutikus præstare debet Princeps.
Diuīc quatenus viles sunt in Ciuitate.
Quod neq; armis, neq; pecunia res magne conficiuntur,
Dimitiarum cultus cur Reip; pernitosus.

Quid si Princepi virtutis sit expers.

LIB. V.

Quod decet Principem utrum oporteat.
Quomodo differant licitum, & honestum.
De usu supremæ potestatis.

LIB. VI.

Vtrum Romanus Princeps vere legibus solutus fuerit.
Historia ab initio constituti Princ. Roma.
De Imperatore Conflantino,
Divisio Imperij inter filios Conflantini.
Divisio Imperij inter Romanos, & Auguslum.
Ad legem primam De Constant. Prin. Interpretatio-

LIB. VII.

De lege regia,
Verba ultimæ tabulæ legis regie, eiusq; interpretatio.
De Imperio Vespasiani.

FINIS.

ANGELI COLOTII EPI.
SCOPI NVGERIN, AD MA-
RIVM SALAMONIVM.

ANGELVS Politianus, qui nostra
estate multa præclara ingeny sui monis-
menta reliquit, Mirandulæ non Picum,
sed Phœnicem vocare so'ebat, quasi autē
vnicam, quæ in Lauru Medicea nidiſſa
ret, Ego te, cum lucubrationes, & vigilias tuas, in iſla
veneranda canitie ſpeſto, non Phœnicem, qui nufq;
eft, Sed argenteum Anferem Capitolinum pro re Ro.
Cūſlodem vigilantem commedius appello, Nifi ſi quis
piam te non MARIVM, ſed M A N LIVM ma-
lit; Ut pote qui ſiles pro Capitolio, hoc eſt, pro iurium
Ro. Principis, & Latinę lingue tutela in iſla arce di-
mices. Vale, & me amā.

AD SANCTISS. LEONEM X. PONT.
MAX. MARIVS SALAMONIVS
DE PRINCIPATV.

LIBER PRIMVS.

Ollicitatione B. P. Spopondi, hoc libro
de iuſlo principatu quædam ad te ſeria
bere, tametſi ſtricto iure iniuitus exigi nō
poſſim. Duinum tamen, quod in te numē
eſt, efficit, vt ipſe reus ſim debendi, & tu
credendi. In arca nullum ſlipatum mihi eſt talentum ma-
ius, neq; maximū auri, vel argēti puti puri, ſed vix iter mi-
nora appenſum. Tu, tuo libripende adhibito, librabis: ne
adulterinum fiet. Reliquum eſt, vt qualecumq; fit: capias,
capiſes autem: q; maximum habui.
Querere vtrum: legibus ſolutus Princeps fit, non aliud
eſt: q; de Principis potestate, a iure quicquid ſacrilegium
vulgo eſt: de eius potestate, qui quicquid libuerit, licet:
queſitionē facere: & utiq; retulifem pedem: niſi tuq; mā
ſuetudini dicatum opus caſtigādum exhibetur. Qui no-
ſtri non ex ſummo iure accipiendat: quæ diſputationis gra-
tia conſeruntur. Abſit a ſimplicitate noſtrorum verbo-
rum malignus interpres. Si (vt ceteri) licentioſa vtar di-
ſpatandi ſo'ertia, ſine qua veritas iacere ſolet in tenebris.
Et quia res ordua, ſubtilijs diſputatione digna eſt: et a ſo-
lis Iurisconsultorum traditionibus minime pendens: ve-

L I B E R

rum etiam Theologorum, & Philosophorum sublimitate. Nec circa operem pretium duxi, adhibitis ea quaque disciplina personis, qui inter se more Socratisco disceptarent: & quia historiarum commemoratione oratio fit illustrior, histrio studiosum adieci, qui noua, ac vetera acta, ybi historia opus est, recenseat. Hoc enim paetio quid in quaque re veri fuerit, facilius excutietur ita ipsis audire dignaberis.

P H I L O S O P H V S.

Salve, Jurisperitorum maxime, quid istuc tacitus tecum cogitas? videris, nescio quid, tota mente speculari. IVRIS PERIT VS. Reste iudicas philosophationem Antilles, nec mirum, si quod in te sepe experiris facile in alio intelligas. PH. I. quid igitur est num aliquid in quistione dignum? IVR. Dignum, & non dignum. PH. I. Enigmata loqueris. IVR. Indignum inquit, quoniam tritum apud nos est. Romanum Principem solutum esse legibus, & ita tritum, & secus & slimare nefas, & sacra legum est, & idem ex contrario inuestigatione dignum quod non facile animus assentitur. Sic male cum genere humano agi, ut quicquid vni libuerit, pro lege, & ratione sit. PH. I. Principem, vel Tyrannum loqueris? IVR. S. qui principem dicit, Tyrannum omnino excludit. PH. I. Dic age, num legibus omnibus solutum dicitur? veluti que a natura, vel a regentium sunt. THEOL. GV. S. Diuinis etiam. IVR. Vix excipiuntur iste, quas nihilominus moderandi habere ius dicunt. PH. I.

P R I M V S.

6

Quid audio? IVR. Miraris? PH. I. Profectus obfluxus per. IVR. quam ob rem? PH. I. quoniam tyrannum cum sonat vox ista. IVR. quid ait? Tyrannidem ergo fouetius nostrum? PHIL. O. Si a, recte proficitur, ratione, non fouet, sicut a potentiori vi foueat, est necesse, certo certius habe, non teneri legibus. Tyrannidem, non Principatum esse recte philosophantium: decere scholam. IVR. Mira narras. PH. I. Audi ergo Aristotelem. iii. polythices pro omnibus loquuntur; Necesse est, inquit, Tyrannidem esse illam, quae nullis legibus subiacet, & dominatur ad propriam uitilitatem; Cuius sententia rationem in. iii. sic explicat; Cuius liberorum est societas, & ideo a deo gubernari transgressiones sunt et labes; Et alibi; Regia potestas, inquit, per quam rex omnia ex voluntate sua gubernat videtur non esse secundum naturam, ut virus omnium dominus sit ciuium. Cum ex similibus Cuiuslibet conflet. Nam similibus natura idem ius est, est necessarium, Vides quod planum sit. Tyrannidis esse legibus non ligari. IVRIP. Video sene modo, quo Aristoteles dicit, nullis legibus facti, quod plane fateri conuenit, Immanissimi tyranni esse diuina, & humana iura contempnere. PHILOSO. Verba aucupari minime oportet, non hoc soium, Aristoteles sensit, quando dixit, Regia potestas, per quam rex omnia ex voluntate sua gubernat. Et alio loco, Reges secundum leges, & voluntibus. Tyranni contra, & iniuris dominantur de legibus, enim

L I B E R

civilibus loquitur. Aristoteles: & non diuinis. T H . Con firmo beati Thome auctoritate prima secundervbi tradit Principē subiici legibus directius: & plenius. Idem Tho mas. iii. commentariorum in politibes sic loquitur. Qpor tet in Ciuitate Principe habere regulam, per quam dirigitur; in operationibus suis: & dirigat alios: & per quam iudicet. Hoc autem fit per lege. P H I L . Appositissime hēc Aquinatis. Tu vero dic queso: qua ratione legibus solutum dicas? Nec illo contentus sum: quod sic constitutum legis. Istud quoniam potentioris vis est: non ius. I V R . Ratio ea in primis proditur: q̄ nemo sibi met: prescribere legem potest. similiter nec precipere ridiculosa enim res est: et lex veluti stipulatio, quando vim necessitatis nō affert. Nihil tam proprium legis est: q̄ imperare vetare: & punire: quę nō nisi in subditos vim habet. T H . Hinc apud nos queri solet. Nunquid papa: eadē constitutione teneatur: qua omnis vtriusq; sexus: quotannis peccata cōfiteri: & eucharistiam religiose capere: precipit: & viet ea sententia: vt non obligetur. I V R . Idem & iuris canonici professores sentiunt. Hislo. Non peccauit ergo Iulius: q̄ qui bello Bononiensi occupatus: confessionis oblitus fuit. T H . Peccauit. quis pena illius Canonis non ligetur, quippe in Pontifice minime boni res exempli fuit, P H . Aut peccauit: aut non peccauit: si peccauit vtiq; non ob aliud peccauit: nisi: p̄ huiusmodi legi non paruit. Non enim peccaserit: nisi talis lex lata fuerit. Cui peccasse non potuit: nisi illi extitisset obnoxius: T H . Sic argumenta-

P R I M O.

tur. Apostolus ad Roma. dicens: Peccatum autem non imputabatur, cum lex non esset: & rursus: ybi non est lex nec pr̄ quaricatio. I V R . Solum lex causam peccato dedit, quod alterius. & haud illepidē inuestigationis est, P H I . Redeamus ergo ad questionem nostram. I V R . Expedit. P H I . Lucilenter explicatis rationes, & exēpla, quibus, dicitis. Principem solutum esse legibus, verum melius multo futurum, si de singulis nominatim differa tur, dum tempus suppetit, quod turpe est, nobis ducere ociosum. I V R . Utinam, hec ipsum diu desiderauī, alii quandoz mihi contingere, cum sapientibus disputatione, tenes quę a me dista sunt & alioquin brevi epilogo repetā. P H I . Teneo non opus est repetas, verum siquid pr̄teris se videbor, non pigeat, recordare. I V R . Obtemperabo. P H I . Attente velim audiatis omnes, & si quid dicendū succurret, tibi tu diuini dogmatis magister in medium afferre non remoreris; T H E O L . Libentissime morem gerā. Dic age tuo arbitrio. Sed caue ne inauspicato incipias. P H I . Religiose mones, ut Christianum decet, & ipse habeo, quos in hoc imiter? T H E O . quos? P H I . Pythagoram, & Platonem qui vbiq; nos admōnent, ne quid aggrediamur sine diuini numinis invocatio ne, vt ne cogitatiū quidem exceperintz. In omnibus, inquit Plato, rebus dicendis, & cogitandis principium semper de Diis est faciendum; Pithagoras accede ad opus, ait deos ora, ut conficias. T H E O L . Inuocemus igitur. P H I . Tuum est enim antiflēs diuinorum. T H E O . Cautē dis-

L I B E R

Clum. **P H I L O.** At casta pura, & defecata mente iubent idem. **T H E O.** Pie iubent, & cum nostris communis traditionibus. **H I S T O.** Per paucissimi quidem impletere nunc hoc munus ista ratione potuerunt. **P H I.** In legibus hoc amplius adiicit, ab impuro quia infensus est deo munera capere, neque Deum solere neque bonum virum deceire. **H I S T O.** Ecce circu Dion Platonicus grandem pecuniam a Dyoniso Tyranno missam respuisse fertur. **T H E O.** Didicit ea Plato in libris Moysis, ut in Lexiticoz Homo, in quo fuerit macula, & vitium, non accedat dona offerre deo; Idem in exodo. Sacerdotes qui accedunt ad Dominum Deum, sanctificetur, ne forte derelinguat eos dominus; Et Propheta; o Sacerdotes si non posueritis in corde vestro, ut detis honorem nomini meo, dicit dominus, mittam in vos maledictionem, & maledicam benedictionem vestram. Et alibi; Peccatores Deus non audit; Et in parabolis; Victimae impiorum abominabiles Deo sunt. **H I S.** Hem q̄ male nobiscum agitur, qui pro benedictione malorum sacerdotum precibus maledictionem recipimus, o miseram, & fultam plebeculam, que dum credit islorum supplicationibus Deum propitiari, quotidie emunitur, & tondetur, ut Deo tandem fiat infensor. **T H E O.** Nostra ergo oratio in Deiparam dirigatur, que peccatoribus etiam aduocationem non denegat. **H I S T O R I.** factu, & cogitatu religiosissimum. **T H E O.** Et vos pie tota mente intendite.

O R A T I O.

P R I M U S.

8

TE Diua parens supplices exoratus, tuis meritis, tuisq̄ precibus impetra, ut diuini spiritus illapsu, illustratis animis, veritatem in singulis eruamus.

M A R I I S A L A M O N I I D E P R I N C I P A T V.

L I B E R S E C V N D V S.

P H I L O S O P H V S.
I V R I S P E R I T V S.
H I S T O R I C V S.
T H E O L O G V S.

H E O L. Andacter nunc, ac fidenter ad opus accedamus; **P H I L O.** Principē dicas sapientissime Eurispē, suis non ligari legibus. **I V R.** Prorsus. **P H I.** Ligatur ne alienis; **I V R.** Minime. **P H I.** Ergo neq̄ suis, neq̄ ligatur alienis; **I V R.** vtq; **P H I.** Si neq̄ suis, neq̄ ligatur alienis, ergo nullis. **I V R.** Non dixi omnino nullis, alioquin tyrannum defendere. **P H I.** Quid iccirco sentis, si dicas, nonnullis, ergo aliquibus. **I V R.** Nō ita nego, teneri, q̄ nullis oīno nō ligetur, et per hoc, ne q̄ diuinis, neq̄ humanis, sed alienis, idest que positu ciuili sunt alienae. **P H I.** Ergo hiis, que ab uniuerso scriptis sunt populo, est solitus. **I V R.** Nulli dubium, **P H I.** Et propterea lege regia est solitus. **I V R I S.** Hoc ipsum enim lege regia continetur, ut leonibus solitus esset.

L I B E R

P H I . Legislin tu legem regiam : I V R . Non habemus ,
 P H I . Diuinator sic mihi videris , non legum peritus .
 I V R . Liquet inter nos locupletissimo Vlpiani testimo-
 nio . P . Ro . qui suis legibus solitus erat , lege regia omne
 suum imperium , ac potestatem in principem transfuisse .
 P H I . De hac re paulo post disseremus . At nunc ad quesita
 responde . I V R . quid desideras . P H I . Lex regia
 a quo lata dicitur . I V R . A S . P . Q . R . P H I . Popu-
 li ergo lex fuit . I V R . Quis ambigit : P H I . Si populi
 lex est , et illa tenetur ergo lege populi tenetur . I V R .
 Sophis mata loqueris , aio quidem , lege regia solitum prin-
 cipem , id est , ad hoc lata , ut legibus solitus non ignoraretur .
 Quomodo ita quis ea religari potest , qua liber , solitus
 est esse iubetur . P H I . Responde que se fuit ne in ar-
 bitrio populi eam ferre , et non ferre legem : I V R . Fuit
 utiq . P H I . Et illis conditionibus que placuerint popu-
 lo : I V R . Concedo . P H I . Potuit ne princeps aliis co-
 ditionibus principatum inire , que lege regia sunt scri-
 pta : I V R . Neguaq . P H I . Ergo conditionibus , legis
 regie parebit princeps . I V R . Proculdubio , nisi velit ty-
 rannidem exercere . P H I . Ergo lege regia ligatur prin-
 ceps , et per hoc populi . T H E O . Negari non potest ,
 cede . I V R . Cedo , ligari illa sola . P H I . Nisi eadē
 lege cautum sit , alijs quibusdam subyici . I V R . Videtur
 P H I . quid : si ies regia cautum sit omnibus teneri .
 I V R . Subsistit , quoniam isto modo a priuato distare no
 videretur . Verum talis inquisitio superuacua est . quam li-
 queat

R R I M V S .

9

queat legibus , et populi , et suis sicutum . P H I . Nimis
 propere , nondum liquet , quod haud multo post excuties-
 mus firmum sit itaq inter nos , lege divina , et naturali , ac
 regia solitum non esse principem . I V R . Eflo , P H I &
 LO . Regare omiseram si quid diuini , vel naturalis iuris
 Princeps suis legibus inferuerit . Diuino ne iure sic , vel na-
 turali solitus erit . I V R . Captio huc esset . P H I L O .
 Non intell go . I V R . Diuino , et gentium iure omnino te-
 netur Princeps suis , vel interserat legibus , vel non interse-
 rat . Diuina etenim iura , ac naturalia factio hominis neq
 mutari , neq labefactari queant . P H I . Et si superfine
 adhuc quicdam de lege regia , conuenit prius excutiamus ,
 quo pacto accipitis illud . Neminem sibi legem dicere pos-
 se . I V R . Doctores nostri exemplum capiunt a testator-
 re , qui nulla ratione potest ita testamentum condere , quin
 valeat aliud , atq alud mutare . P H I . In arbitrio icir-
 co semper est suo : I V R . Proculdubio , etiam si iuramen-
 to , vel stipulatione se obstrinxerit , quoniam mortuus im-
 probatum est id ligamen est P H I . Dic queso , quam diu
 non mutauerit , erit ne valide scripta voluntas : I V R ;
 Validissime . P H I . Ni fallor concludit huc ratio , in ar-
 bitrio Principis esse legem abrogare . I V R I S . Certe .
 P H I . Sed anteq abrogetur illi stabitur veluti testamen-
 to non mutato : I V R . Proorsus , P H I . Si Hari comes-
 nit , ergo non abrogata lege Princeps ligatur . I V R .
 Scite dictum stari conuenit , non autem oportet . P H I ;
 Alia est consideratio . Si conuenit , vitrum oporteat . Ipse

B

i. sic inquestio flari oportere. I V R . Exempla rerū imagines sunt, nō regule sū. ilioris enim demōstratiōis gratia adhibētur nō me fugit exēplo testatoris minime probari licētiā prin cipis erga leges. sane indubitat̄ Iuris, est quod nemo sibimet legē dicere potest. P H . Dic queso, pactis conūctis obſirin giur princeps ē I V R . Utque, P H . Legē ergo cōūctionis obſtringitur. I V R . Nō dubiū. P H . Aſeipſo, an ab alio ſic obſtringitur. I V R . Legē aſeipſo, et alio diſta. P H . Ergo non ſuo placito. I V R . Immo ſuo, et alterius contrahentis, Verum non eadē generalis, et legis cōuentio nalis eſt ratio, Lex enim generalis a ſolo Princepe, ut vul gari potest, et que ab eodem ſolo abrogari potest, Contraſtus autem, et conuentiones veluti ſine plurimum con ſenſu haud conſiciuntur, ſimiliter ſine eorundem conſenſu minime diſſoluuntur, et hoc natura propriuſſimum eſt, eo de m vnumquād pro vinculo diſſolui, quo colligati eſt. P H . In ſumma lege contractus ligari ais Principem, quia a ſe ſolo non dicitur, lege autem conſtitutionis ſecus, quia a ſe ſolo dicitur. I V R . Reſte tenes, P H I . Ergo ſi quid ſtūtat Princeps Senatus populi conſenſu ligare tur Princeps. I V R . nequaquam, humaniſſime qui facit populi adhibere conſenſum, conſideratiſ ſic tuliffe, le gem creditur. Nihil de Principiis minuitur maiſtate ſi ſapientum conſilio Reimp. adminiſtret, quinimmo plus ponde ris, et auctoritatis ſuis adiungit aſtibus. P H I . Non igi tur intereſt ſolus, vel cum alio legem ferat. I V R . Ita proſuſ in promulganda lege nō hoc agitur, vt ipſe ligat

tur princeps. P H I . quid ſi ageretur? I V R . ſubſiſto, verūtamen quis impellat, eū legibus parere, fruſtratoria lex eſſe nō debet propter hāc etiā cām cōtendimus nō de uinciri legibus, quod ſibimet vti nō precipere pariter nec ſe met cogere potest. P H . Aſaduerto quod loqueris. I V R . Scio hāc rōne omnibus probari. P H . Cauē, ne decipiariſ. I V R . Nihil vulgarius in iure noſtro, nō decipiōr. P H . De Tyrāno, an de principe ſentis? I V R . De vero Ro. Prince pe et ſentio, et loquor, quid cauē eſt, quod de Tyranno po tius, quod de principe arbitriſ? P H . Recordare, quod paulo ante cōceſſeras Tyrannidis eſſe nullis teneri legibus. I V R . Plane cōceſſi, et cōcedo. P H I . Si diligenter inſpicias, nihil aliud iſla rōne efficitur, quod nō magis diuina, aut hu mana, aut regia, aut cōventionali lege teneatur, poſtque neque ab alio, neque a ſeipſo cogi potest legibus parere, quid juris nos querimus, non quid iniurię, et licētiosie potētię. Alioquin princeps, neque fur, neque adulter, neque ſaſcilegus, eſſe poterit, ſicut legum iſla ratione, neque temera tor. I V R . Natura turpia ſunt hæc, que nulla hominum cōſtitutione queunt fieri licita. P H . quid tū, ſi ab impuni ſate metimur, licita, et illicta. E V R . quid ait? P H . Id iſpsum, quid pauloante dicebas, principem ideo legie bus ſolutum, quia compelli nō potest legibus parere, quia vox nihil aliud ſibi vult, niſi omnia principi licere, poſte quām neque, a ſeipſo, neque ab alio de quomodo ex his conſtatur, ſolum Ponti-Romanū ſolutum eſſe legibus, at tamen nihil refert, Papam, vel alium noſſer respiciat

sermo, postque de eo loquimur, qui supponens est Principe. T H E O . Animaduertite viri discretissimi qui idem Thomas in illud psal. Tibi soli peccavi &c. Iecire soli Deo peccare rex dicitur, quia non est homo, inquit, qui facta eius iudicet, H I S T . Prof*u*llentis Davidis verba sunt huc qui a Deo rex fuit ante R. Imperium . T H E . De omnibus indefinite regibus Thomas loquitur, I V R . I o 3 And . Vir in Iuris scientia sapientissimus, subtiliter in vtramque partem disputatione defendit. Episcopum non ligari suis legibus, quem. Ponti . Romano, & alijs primatis obediens non ignoramus, vnde perspicuum est, non impendere qui princeps principum sit, P H I . Vnde ergo pendere debent : I V R . Sufficit eiusmodi sit princeps qui in arbitrio suo sit legē dicere, & tollere, adiecitque Idem I o , And . inutiliter de seipso statueret episcopum . P H I . Multo magis ergo maior Episcopo : I V R . Nihil obstat. P H I . Sed cur inutilide de se ipso legem fert : I V R . Si quidem par in parem non habet imperium, multo certe minus in seipsum . P H I . Quid si par pari se subiicit : I V R . F E S . Est receptum, Vlpi. enus ait, eoque iure uitetur, si quis maior, vel aequalis se subiicit at iurij dictioni alterius, in eum ius dici possit . P H I . Cur legi, que maioris auctoritatis est, se non potest subiicere, & rationi per quam homo est : I V R . Quoniam lex ab ipso est, nec quisque subiicit sibi met potest . P H I . Ergo qui sive se legi subiicit, sibi met se subiicit : I V R . Videtur. P H I . Lex igitur, & princeps idem sunt : I V R . non idem . P H I . Si le-

gibus parendo principi obeditur, mortuo. Sic principi obediret mortuoque se subiicit, qui legibus mortui obedit, H I S T . Similiter, Po. Romanus expulsus Tarquinis obedit, qui eorundem expullorum legibus obediuit. I V R I S T . Neque mortuis quippe regibus, neque electis obeditur, & sublati de medio regibus, sublati simul eorundem non intelliguntur leges . P H I . quid cause est : I V R . Non succurrat. P H I . Sublati tyrannis eorum nun*t* rata sunt actarū : I V R . Quod Princeps iure legitimo. Tyrannis vero contra . P H I . quid istud ius legitimū est : I V R . Quod rex secundum leges regnat tyrānus fecit. P H I . Ius istud legitimū nunquid aliud est, qui ius publicum & id est, populi, cuius iure lex constituitur, I V R . Ius principatus arbitrō . P H I . Ius principatus aīs, die quæsa qua potestate Princeps constituitur : I V R . Sua ipsius . P H I . Princeps a seipso, an ab alio princeps est : I V R . Nihil refert a seipso, an ab alio sit, qui ubi principatus adeptus est, a seipso, id est suo principatu potestatem habet . P H I . Principatus ab eterno est : an aliquando esse coepit : I V R . omnium parens natura, siue Deus ab initio omnes homines e quales genuit, ingruentibus deinde necessitatibus, processit non eadem omnium conditio, & officium, sic ceperunt regna, & principatus, hominum conuentionibus . P H I . Principatus ergo non, a, seipso Sed ab alio quandoque esse coepit, I V R . Non dubium principem Romanum prouidentia Popu. Romani cōpis se. H I S T . Iulius Cesar insuito Popu. Romano atque ex-

pugnato obtinuit principatum. PHILO. Archityrānum loqueris. IVRIS. Archityrannū memoras Cesarem. IA: Cesarem, HYSTO. Nullus cēdēpol vrbī vnquā infestor, expilato sene erario, drepis templis, profanato diuino humanoq; Iure, infestis armis sacro sanctam patriū libertatem primus violauit, atq; eripuit. PHILOSO. quomodo ergo praeidentia Popu. Romani principatus esse caput. HYST. Cesa. Octauius primus a Populo Romano Augustus est appellatus. IVRIS. Decreto Popu. Rom. Princeps fuit, quod lex regia dicta est, PHIL. Ex auctoritate ergo legis regis Princeps dicit, atq; constituit. IVR. Eriam Emperatōr. Constantini confessione dicentis de auctoritate Euris principatus pendere auctoritatē scilicet legis regis, Accur suis, & omnes intelligunt, PHILO. Nunc queſo aduerite q̄ lucide ex his efficiunt principē, qui suis se legibus subiicit, illi se subdere potestati qua cōſtituit. IVR. Animaaduerto, PHILO. Palamq; fit, non sibimet subiici sed maiori cuidam auctoritati. IVRIS. P. Diligente, considera, que loqueris, Vir sapientissime, noua nimis sunt ista. Maius esse quāpiam in Cūnitate ipso principatu, & Princeps suis qui sē subiect legibus, non suis se subdere potestati, quasi princeps alia potestate, quām principatus leges cōſtituat, & per hoc defendi posse, lege, principis maioris esse auctoritatis, quām ipse sit princeps, vel principatus. Hinc etiam illud effici, non fore in arbitrio principis suas abrogare leges, si maioris auctoritas

tis sunt leges, quām ipse sit principatus. PHILO. In genioſe colligis, & ſubtilius querere videris. Nunquid in Cūnitate maior sit ipſo principatu potefas. Nunquid princeps alia leges cōſtituat auctoritate, quām principatus. Nunquid maioris auctoritatis leges ipſo principatu exiſtant. Postremo num in arbitrio sit principis, leges tollere, quāuis inter nos diſputetur utrum princeps valeat ſuis ligari legibus, percommode incident. quęſtiones, quas facis, ſine quibus omnis noſira diſputatio extricari non potefit, & quo facilius earum procedat diſcuffio, ad quę rogarero, non dignaberis breuiter respondere. IVR. Morem geram. PH. nonne eſt maior legis regie vi eſt, atq; potefas, quām ipſe sit principatus. IVR. Subſiſto. Cardinales Summum Ponti. eligunt, qui ab omni parte maior eſt ipſo collegio. PH. Nec hoc ſcifitor, Cuius potior auctoritas electi ſit, vel eligentiū. Sed nunquid vis, atq; potefas maior ſit eius iuris, quo principatus ſit, an principatus ipſe, & vt tuo utar exemplo, nunquid vis, ac potefas maior ſit eius iuris, quo papatus cōſtituit, an ipſe papatus. THEO. Scite philoſopharis, nam Papa auctoritate, & potentia diuina cōſtitut, & non eligentiū Cardinalium, que quidem electio declaratio magis eſt hominis vniuersi, in quo Chrifti reſideat auctoritas. IVR. Hand latet nos, iflud, propter quod dicimus, mox vt declaratus Papa eſt, quāpiam plenā habere elatiū potestati. PH. A quo habet? IVR. A Deo. PH. & cuius iſtitutio? IVR. Nō alia, q̄ diuina. PH. Nōne auctoritas, et

institutio diuina, qua eligitur Papa. Maior est ipso patru. I V R . Pro rursus, P H I . Similiter auctoritas, ac uis, qua princeps constituitur, maior est ipso principatu, I V R . Non eadem in utroq; ratio. Nam Papa semper est minor suo auctore princeps vero non princeps esset, si minor esset suo populo, pugnant preesse, & sucesse; qui subditus est, natura non patitur, maior sit suo principe, H I S T . Credisti populum Romanum in dominum sibi principem si scipisse, scis illi ut mancipium dedidisse? quid, obstat? P H I . Huic rei tota cognitio pendet ab historiis, quam tamisper obsecro differamus donec ratione pugnatur, H I S T . Auscultabo, dic breviter. Non enim patiar amplius istos legulios tanto in errore delitescere, vehementer excrucior, quod rerum Romanarum, sponte ignari, non erubescunt de institutis Romanis, sese exhibere magistris, P H I . Dic quod si quid maius censes eligere, an creare, aliqd a Creatore? I V R . Procul dubio crearez plus enim iuris habet, eligere vero plus nulli, & ideo serui & fortati, & ceteri iuris in capaces, possunt electionis fieri competes, P H I . Dic rursus. Creatura potest esse maior suo creatore, I V R . Hand quaquam, P H I . Populus, qui nouum magistratum, vel principatum instituit, non ne id creat, quod ante non fuit: I V R . quidni? P H I . Et suo iure, auctoritate, & potentia creare I V R . Fateri conuenit, P H I . populus creans maior est, a se creato principe suo veri effecto maior sua quęq; causa, similiter ipsius.

authoritas, atq; potestas, qua creatur princeps, maius quod dom est suo principatu, I V R . Concedo cum crea-
t, sed ubi creatus est, supereminet suo populo. Nam in hoc creatur, vt esset princeps, id est, maior, P H I . scilicet vniuerso populo, I V R . Cuius alterius? P H I . Ut esset ciuium singulorum, dic age popu'us sponte, an innatus principem ab initio constituit? I V R . Nemine cogente, comuni, nisi commodo, quod interdum necessi-
tatis vim habet, P H I . Servitus sponte subiur, an con-
tra? I V R . Non nisi ab iniusto quęq; P H I . Credibile est ergo, non in dominum populum sibi praefuisse principem, I V R . Non verisimile, veruntamen fecit, P H I . Redis ad historian, I V R . Ut quid ergo princeps est? P H I . Ut princeps sit, non dominus, vt volentibus imperet, & non dominetur, iuratis, quod pro prium est tyranidis, vt supra retulimus, si memineris, I V R . Non oblitus sum, P H I . Dic amice supremus quantius magistratus est ne maior vniuerso populo. Cu-
ius auctoritate magistratus est? I V R . Non aedepol, minister sum est, inutiliter iura a populo scriberentur, nisi essent, quia illa gererent, P H I . Num magistratus minor est vt populo, ita ciuibus quibusq;? I V R . Sin-
gulis quidem maior, in quos exercet imperium, vniuerso vero populo inferior, Cuius minister est, veluti seruus, aut libertus vniuersitatis non est singulorum seruus, neq; libertus, & que magistratus non est singulorum minister, Sed superior; agit enim in singulos vices, ac peculi pos-

testatem. Nam vniuersus populus simul nequit omnia gerere. Ideo magistratus constituit, qui eius vices agat. PH. Quicquid ergo magistratus facit, ac gerit, populi auctoritate facit, et gerit. Nec diuersum de principe cōfendum est. IV R. At qui diuersa sunt est causa principatus. Numperpetuus est, sicuti natus, ac iure gubernat oīa. Magistratus autē temporanei sunt, ut populi arbitrio variables, ita etiā administrates. PH. Utque sū, mēstruus magistratus nēne magistratus est. I V R . Vtq. P H. Et annuis. I V R . Etiā. P H. Et decennalis. I V R . Nihilominus magistratus est, etiam uicennalis, et tricennalis. PH. Nunquid tricennalis, q̄d diuturnior est, amplius, quām magistratus est, et menstruus, vel annuis: qui menstruus, vel a malis est, ideo magistratus non erit? I V R I . Velluti menstruus, et annulis, quia huiusmodi est, non ideo minus magistratus est, pariter tricennalis, ac longior magis nihilominus magistratus est. P H I L O . Tempus ergo non est cōficiens magistratum. I V R . Proculdubio. P H . Sic ergo perpetuus, vel momentaneus magistratus nihilominus magistratus est. I V R . Nihil obstat, P H . Principatus non est aliud ista ratione, quām magistratus quidam perpetuus, et propterea non plus quam populi magistratus, cur ergo non auctoritate, et iure populi gerit, ac constituit, sicuti ceteri magistratus, cur similiiter ipso populo non inferior? I V R . Concede rem nisi princeps super omnes magistratus esset. P H I . Firmus sit inter nos perennitatem tēperis nō facere quo

minus princeps sit magistratus, I V R E S P . Sit firmus vt libet, quid tum ē P H I L . Non est nouum, in Cūitate plures esse magistratum ordines, alios maiores, alios minores, qui maiores, vñus vel plures non eo minus, aut magis magistratus sunt, q̄d supremum locum obtineant, vt Consules, licet infra se sint, Pr̄tores Cen̄fores, Ediles, et deinceps reliqui. I V R I S P E . Alio imperio supereminet princeps, alio maiores magistratus, pendet ab eo omnes, c̄reaturq; et ad arbitrii abrogantur. P H . qua rōne! I V R . Iure principatus. P H . Iure principatus an q̄d populus sic sciuī ē H Y . Dictatores (cōflat) ante Imperatores haud minorem potestatē exercūse, neq; alium quām q̄d populo sic placuit. P H . Et similiter si ex voluntate magistratus creat, vel abrogat, et alia omnia aut iniuitu dixeris populo, aut contra. Si iniuitu Tyrannis, non Principatus est. Si non iniuitu ergo illa potestate facit, quam populus sciuī. H Y . Fallitur, qui putat semper in arbitrio fuisse principum magistratus facere, et abrogare. Nam Diuus Augu. legem Iuliam de ambitu tulit, qua multipli pena ambitum coercuisse. Tranquillus meminuit; mitius enim lege Calpurnia deinde. C. Quod Cicerone Conf. fallū fuit, ante puniebatur. Hinc Antiflui Labeo, et Iuris Ciuilis, et omnium bonarum artium Scientia polleno ab Augusto oblatum consulatum renuit, q̄d neq; ipsi dare, neq; sibi capere contra leges, et mores fas esset, q̄d ex voluntate Augusti si defererentur magistratus, frustra graui sanctiōe legis Iulic

habitūs cohibuit̄. Pr̄terea multos legimus principes candidatos in campum descendisse, & p̄e ceteris pro tertio consulatu Viuum Traianum ante sedentem consulem fletisse, & in eius manibus ex more iurasse in leges, I V R . His congruant modeſlini ad legem Iuliam de ambitu verba. Haec lex (inquit) hodie in vrbe cessat, ad curam principis magistratum creatio pertinet, non ad fauorem populi. Hodie, ait, quasi non prius, aut non semper sub Imperatoribus ea lex cessasset, H I S T . Modeſlinus hic Maximini imper, temporibus floruit. iam tunc, imperium, & ante desciuerat in Tyrannidem, I V R . A te mibi explanari velim, qualis fuit popularis fauor ille. H I S . Coitiones populares ad creandos magistratus ad leges ferendas Comitia appellarent. Cum Consularia quibus de creandis Cons̄s. agebatur, tum pretoria, Cenfōria, edilitia, & reliquorum deniq; magistratum, quorum alia calata, alia curiata, alia centuriata, dicebantur, Calata pro collegio Pontificum habebantur, & Flaminum, & sacrorum augurandorum causa, vbi manumissiones, emancipationes, & testamēta, per as, & libram fiebant. Calari. idest, conuocari per listorem solebant, hum calata hodie vocitamus coniuncta ruralia, sive vinearia, que conuocatis vicinis; & propinquioribus frequentamus, Curiata vbi per Curias, idest; tribus, que xxxv. erant, suffragia ferebantur; Centuriata, quando centuriatis; idest, per centurias suffragia adnotabantur; Die Comitiorum candidati;

ideſt magistratus petitiū in Campū Martiū descendebat qui maiori suffragiorum fauore viciſſet Consul a Consule renunciabatur. Ambientes itaq; non gratia, Sed pr̄emio suffragia lege Iulia de ambitu plectebatur. Nā honores perituri ambire, idest, circuire singulos, solebant preſtare dextrās, rogarēq; vt se suffragiū iuarent, habet h̄c & I V R I S . Habeo. H I S . quid admirabundus ergo cogitas? I V R . Mecum cogito, atq; perpendo, quā male intelligent Doctores nostri illa Modeſlini verba, ex quibus deducunt cum Papa non contrahi simoniam. H I S ; Quid habet commune simonia cum ambitu? I V R . Nihil me hercle, vt nunc didici. Simonia a Simone Mago, qui gratiam Sancti Spiritus promercari voluit; Ambitus autem lex non cessat propter personam Principis. Sed vbi cessat necessitas popularium suffragiorum ambienti fauores, qui ad Simonias non desiderantur, T H E . Simon Petrus proto papa, & ipſe fuit, a quo Magus illi emere Sancturalia pretendauit. I V R I S P E R . Quid ergo? T H E . Si Petrus licitatem admisſet, vt tentaret, sic consumat̄ Simonis, diffinitionem ad nos trāſmisſet & P H I L O . Hem quo diuerſili, quid, ad rem noſtrām Simonia, vel ambitus? I V R I S P . Si non ad nos verum ad ne pertinet, cuiusq; legis mentem, & vim non ignorare, ne per imprudentiam falsa consilientibus respondeam. At nunc perge quo cōperas. P H I L . Ex supradictis animaduertili, manifestum fieri principatum esse magistratum quendam a populo institutum,

Et, ut primum institutus fuit talem consensum, et auctoritatem ab uniuerso populocepisse, ut quicquid ageret eodem semper consensu, et auctoritate agere videretur quicquid ergo constituit princeps, populi consensu, et auctoritate statueri dictum est, et per hoc non sua, sed populi auctoritate constituit, ut reliqui magistratus. I V R. Vix mihi suaderi hoc potest, et sentio, et aio, postquam princeps cepit esse, veluti quilibet magistratus, iure magistratus munia obit, eodem modo iuris principatus obirem principem habet, enim quisque magistratus sua quedam propria, que iure magistratus competere dicuntur pariter, et princeps habet sua ipsis, que iure principatus gerit, atque constituit. P H I L O S O . Haec sua ipsis iura ciusmodi sunt: I V R I S P . Sine provocacione ius dicere, in Caput Cuius animaduertere, vel indulgere, leges in primis sententie scitu populi condere vel abrogare, de bello, et pace decernere, et alia multa, sine quibus princeps non est. P H I L O S O . que sunt illa, sine quibus princeps esse non potest: I V R I S P E . Longum est singula perseguiri, in summa quicquid libuerit ius, et fas sit. P H I L O . Ad tyrannum redi, Dic age, Princeps est a natura semper eodemmodo princeps, et ubique similiter. I V R I S P E . Apertius cedisse. P H I L O S O . Principatus ipse est a natura sine hominum constitutione, et ideo ubique sibi ipsi similis tam apud Romanos, quam Parthos, Scythas, Medos, et alias nationes omnes. I V R . Talis est, qua-

lis suo cuique placet populo. P H I L O P H V S . Parthorum, Princeps, Medorum, et Scytharum, Si talis, qualis parthis. Medis, et Scythis placet, nonne Romanus qualis Doctores, Romanus scit. I V R I S P E T . Q uis dubitat. P H I L O P H V S . Similiter, et Iura Romani Principatus possunt alia esse quamque Romanis placent, veluti alia nequeunt principatus Parthici esse, ac, Medici quamque Parthos, et Medis placent. I V R I S P E . Prorsus. P H I L O . Iure ergo principatus, illi competere dicendum, que populo placuerunt. I V R I S P . Conuenit. P H . Ex his, si diligenter consideras, palam fit, Ius principatus nichil aliud esse, quam ius quoddam populi, et per hoc iure populi, et auctoritate, quisque principatum agere, ac leges constitutere, nec plus posse, et valere, quam eius potest populus, finge illius, populi principem, qui nullius, imperio sit, procul dubio nihil plus regulus erit, I V R I S P E . Non succurrit, quid oblet. P H I L O . quisque suis paret legibus, et auctoritati populi, et Imperio, quo leges constituit, et per hoc suis se legibus subiucere non est impossibile, vt dicebat. T H E L O . Crisostomus ad Hebreos, non homo est, inquit, qui ligat. Sed Christus qui hanc potestate dedit, et dominos fecit homines tanti honoris, vnde plane deducitur, que decernit Papa, potestate Christi statuit, eiusque decreta Christi intelligi, Hy. siquid iniuste Papa constituit, ista ratione Christus constitueret. T H E .

LIBER

Nidius malus auctor est Deus, neque esse potest, ligatus; Parpa, clavis non errant. PH. I. Si accurate quae se proradicata sunt, perpendimus, liquet manus ipso principe, quod esse diximus in Civitate non esse magistratum aliquem, sed populus ipsum viuens simul eiusque imperium, sicut et singuli inferioris sunt Clues, et vi huius potestatis, que maior est ipso principe, leges principales est constitutae, et quia leges principis populi imperio constellant, planum fit maioris auctoritatis esse ipso principatum, sicut reliquias magistratibus leges constituentibus. Nimirum igitur si suis subiicitur, legibus, non quasi suis, sed viuens populi Civitas auctoritate sunt constitutae, ac vigent, hinc est, et mortuo principe leges non intereunt, quia non interit populus, Cuius auctoritate viuunt, legibus ex aliis regibus, eorumdem leges veneratas, neque mirum videri debet, quum non easdem auctoritas, atque potestas, sit principis, Sive principatus est ut sepe diximus, cum illa, qua princeps est, veluti non eadem persona est Civitatis, et principis, pariter non eadem persona est populi constituentis, et constitutae principis, et veluti non idem sunt causa efficiens, et effectum, equum non est eadem actio esse efficientis, et effecti, et propterea haud ineleganter ait Cicero in officiis. Magistratus gerere personam, et dignitatem Civitatis. Nam in eo, per personam Civitatis agit, nomine, et iure Civitatis agit. Ita quod non ipse, sed persona, scilicet Civitatis, quam gerit dicitur constitutere, ex sua personam Civitatis, et nisi licet efficiet, et ideo si ei persona, quam gerit, se subiicit, non

jibi,

SECUNDUS

sibi, sed personae se subiicit, Civitatis, aut ipsi Civitati, IV R. Si ista persona est principatus, cui se subiicit, non ne ipsem est subiicit principatum, exuta enim persona illa princeps non erit. I deo est princeps, qua personam induit Civitatis. PH. I. Princeps, et principatus non idem sunt. ut corporeum, et incorporeum, quis princeps sine principatu, ac populo non sit, neque princeps ipsa Civitas, neque persona Civitatis, et gerere enim Civitatis personam, ait Cicero, qui gerit, et id ipsum, quod geritur, eadem esse non possunt, et sicut diversa sunt princeps, et Civitas, exque persona Civitatis, que ab eo geritur, ut quid personam Civitatis agere dicitur, nisi quod quicquid sub ea persona sit, ipsa Civitas agere dicatur. Si ergo ex persona Civitatis agit, non ipse magis agere, quod civitas videri potest IV R. Principis igitur constitutiones, non principis, sed populi essent, quomodo dicuntur, principis si populi sunt est PH. I. quia se minister, ut Iulia de adulteriis, Cornelia de falsis, et similes. Dic age qui negotium mandat, et qui suscipit, sunt idem est IV R. Minime, PH. ILO. qui mandatum execuitur, cuius personam gerit est IV R. I S P. Mandatis. PH. I. Persona quam gerit ciuusmodi est Se maior, an contra est IV R. Ipsa quidem mandatario maior. PH. I. Mandatum suscipiendo, mandatarii se subiictere quodammodo videtur. IV R. Mibi persuaderet, PH. I. Negotium, quod sic geritur, an geri dicitur a mandante, in mandatario, an ab utroque est IV R. Ab utroque, PH. I. Et que ab utroque est IV R. Nequaquam, man

C

dans quidem, ut maior. Mandatarius, ut minister. P H. Qui mandatum ergo accipit minister quidam est eius, qui mandat, & in quo minister est, personam gerit mandantis, & qui mandat eius ministerio vititur, I V R. Hęc que sio a nostris, Doctoribus diligenter tractata est, utrum mandans vere agere dicatur. P H. Que tandem decisio? I V R. Ut vere, & propterea mandans homicidium homicida est, P H. Isla ratione qui a populo principatum suscipit nonne ciuitatis mandato suscepit. I V R. Profecto, P H. Consequens fit. Sicut mandatarius, inferior est, & minister eius, qui mandat, & que Principem ministerum quendam ciuitatis esse, ac per hoc quicquid Princeps agit, ipsa, vere ciuitas agere videtur. Sileges condit, leges Ciuitatis sunt, & legibus ciuitatis subesse non inconuenit, neq; impossibile est. I V R. Aduerte mandatarij exemplum non, ut reris, vrget, quoniam Princeps cum imperio est. P H. Cum imperio est, quoniam ciuitas hoc ipsum mandat, non enim, que imperij sunt, agere posset, nisi ciuitas demandasset. I V R. Possent haec recipi, nisi Popu. Roma. omne ius suum imperium, ac potestatem in principem transfluisse. P H. Sic recurris ad historiam, de qua postea dicere conuenimus. At nunc contenditur, Utrum possibile sit, Principem suis legibus ligari, quod licet multis argumentis planum fecerimus, confessione tua omnibus sit perspicuum, I V R. quo pacto est P H. Eo ipso, q; lege regia solutum dicitis, mox intelligitur haud impossibile ligari, alioquin superuacua fuisset lex, ut so-

latus esset, qui non nisi liber esse posset assertrice natura. I V R. Minime necessaria lex fuisset, nisi tollende dubitationis causa, P H. Que natura impossibilia sunt, in dubitationem trahere flusterum est. I V R I S P. Videtur. P H I L O. Redeamus ad illud de Imperio collato, Dic Eurisconsultissime potuit ne Popu. Romanus plus iuris in Principem contulisse, quam ipse haberet: I V R. Mini me. P H. Fuit ne unquam Romani, Popu. Ut suis non ligaretur legibus: I V R. Legem sibi dicere non potest, a. qua non queat discedere. P H I. Non hoc interrogo utrum suas queat abrogare leges, sed anteq; abrogari, nunquid ligetur, sicut in Ceteris passim experimur populis, I V R. Ligatur quatenus velit, verum pro nō vinculo est, quod haud innatum obstringit. P H I L O. Ridicula itaq; sunt tuo iudicio in Ciuitatibus leges. I V R. Ridicula, vtq; reticula sunt s̄cēnumero, licet eius naturae sint, ut obstringant. P H I L O. Dic age obstringunt ne volentem, & interim quamdiu vult ligant. I V R I S P. Profecto. P H I. Ego natura non impossibile. Nam que naturalia, ut infringi nequeunt, pariter que natura impossibilia sunt nulla queunt humana ope fieri possibilia. I V R. Me fugit, cedepol, quid dicam amplius. Quinimmo Diuorum Alexandri, & Constantini rescripta quibus ultro se legibus submisserunt, & alligari velle ingenue protestantur, quod si facta fuisset impossibile, nugatorie rescripsisset, adde q; idem. Alexander antichonio rescriptit, ex imperfecto testa-

mento, Imperatorem capere non posse, sepe conflitum esse. PHIL. Capere non posse constitutum ait: IURISPERI. Hęc ipsam verba Imperatoris sunt. PHI. Liquidissimum ergo est Imperatoris etiam confessionem, legibus inferiorem esse Principem. FVR. Videlur. HY. Audi, quid Iunior Plinius de Traiano dixerit. In nostris quoq; simili religione ipse te legibus subiectissi Cesar, quas nemo Principi scripsit. Sed tu nihil amplius, ut tibi licere, q; nobis. PH. Audite, quem in modum nos desificant leges, Ciceronis verba pro Aulo Cluentio, Lex vinculum est (inquit) huius Civitatis, qua fruimur in Rep. Hoc fundanetum libertatis, hic fons equitatis, mens, et animus, et consilii, et Sententia Civitatis positiva est in legibus, ut corpora nostra sine mente, sic Civitas sine legibus partibus, et nervis, ac sanguine, et membris vita non potest, legum ministri magistratus, legum interpres, Iudices legum denique circa omnes seruiti sumus, ut liberi esse possumus. Non enim vinculum disxisset Cicero, nisi obligarent, neq; legum seruos appellasset, nisi in obedientia continendi vim haberet, quę quidem servitus, vera est libertas. Aristoteles in Rep. Seruitus non est vivere ad fermam Reip. Sed salus, FVR. Plus in recessu, q; in fronte hec habent difficultatis, vereorū, ne pugnatio contineant, quando populus, sive Princeps suis ligatur legibus, duas necessē est personas sublineat vna Principis, alteram subdit. Porro ferendo leges principem agit pariter, et subditum induit, suis hisdem paren-

do legibus, praeesse, et subesse, imperare, et obedire sibi simul ipsi natura non patitur. Alia (proculdubio opus est persona sit gubernantis) Alia gubernati, neq; ambigitur apud nos populm vnius vice defungi, vniuersi corpus esse individuum, ut noster declarat Baldus. THE. Immo nihil est, quod magis homines deceat, q; sibi ipsi imperare, et obedire. Brutorum sine numero habentur, qui appetitus non moderantur, ac cohident, neq; victoria gloriosa magis, q; seipsum vincere. PHI. Ad phile sophiam meam perlepidē me reuocatis, tranquillissimum diuerticulum, mos vobis gerendus est. Aliud est q; anima imparet corpori, et appetitus obedienti rationi, aliud est. q; homo sibi ipsi imperet, atq; obediat. Primum a Natura hoc alterum impossibile. Aristoteles primo de Republi. Animal constat anima, et corpore, quorum alterum imperat secundum naturam, alterum paret, quod multo elegans, expressit Salustius dicens, Animæ imperio, Corporis seruitio magis vitimur, quorum alterum nobis cum diis, alterum cum belluis commune est, inter quę colluctatio quidem non modica. THE. Apostolus dit. Sentio legem aliam in membris meis repugnantem legi mentis meę. PHI. Si vna ergo pars hominis imperat, altera obtemperat, quę inter se distinguntur. Non homo animę imperio sed igitur sed vitetur. Illa enim argumentatio de parte ad partem est, non de toto ad seipsum, et quis anima, corpore constat homo, non tum est anima, neq; corpus. Sed quiddam ex vitroq; commixtū neq; anima per se, neq;

corpus aliquid deducit ad actum. Sed solum hoc comparetum id est homo, unde quicquid ratio, aut similitudine dicitur, et corporis ministerio impletur non aliud est, qui agit, et facit, quam ipse totus homo, sapientissime ictus eo Salustius dixit. Anime imperio, et corporis servitio vivunt. Compositi enim actiones esse dicimus non partium, I V R. Hinc per pulchre noster tractat, Bartolus, que facit populus, non faciunt singuli, et quae singuli faciunt, non facit populus. P H. Patet igitur impossibile esse, hominem similius praecesse, et subesse, veluti vi: um quodcumque aliud ens in partibus est simul plurimum repugnatum, de qua, re P' atomis, i i u. de Rep. ve im audiatis verba. Ridiculum est, inquit, que quid seipso potentius, nuncupatur. quisquis enim se ipso potentior seipso imbecillus erit, rursusque, qui imbecillius potentior, atqui id vult hic sermo, qui in hominis anima duo quadam sunt, unum quidem melius alterum vero deteriorius, et quando quid natura melius deteriori dominatur, tunc aliquis se posterior dicitur, et hoc sermone laudatur. Haud incommodè d'gressi sumus, I V R. Atqui per lucunde, ac sapienter. P H. Ut ad me redeam, ligatur autem populus suis legibus, quasi pactis cōuentis, que vere sunt leges effare que so Iuris antifiles. Quid est constituto? I V R. Tacita quaedam ciuium conuictio, P H. quid lex? I V R. Expressa ciuii conuictio, P H. quid ipsa cōuentio? I V R. Placitus plurium in idem consensu. P H. Lex ergo inter ipsos ciues pactio quaedam est, si placitus ciuium cōensus

est, I V R. Atqui pactio strictissime stipulata possitque interrogare magistrati, et vniuersi sciencie populo, cōficitur quinimum nulla sollemnis stipulatio, que vniuerso stipulante populo celebratur, sicuti testamēti corā principe nūc patū sollemnis cōfitemur. P H. Patet itaque veluti nouum non est, homines passionibus se se deuincire inuicē, que, et populus. Nec ad rē p' populus una interdū cōfatur perso na, ratione, ut scilicet una ita vere populus non aliud est, que dicitur hominū multitudo, I V R. Similiter, et Bartolus apud nos definivit vniuersitatē hōim scholariū, nō aliud esse, que homines vniuersos, ac scholares ipsos. P H. Licet in unū corpus coeat, tamē phyles sunt numero Alij saniores, Alij stolidores, dislustrabuntque populus in has partes, ut de homine paulo ante differimus. Typū sane, tenet corporis similitudine, anime vero sapientes, sicut contra naturā est insaniors pars hominis praeualeat saniori, pariter in ciuitatibus stolidiores si nō obtēperat sanioribus, Tūc ut in honore perurbationes, que in ciuitatibus tumultus, et seditiones erumpunt, ac debacchantur, nec sibi ipsi obediunt, ut dicebas, populi. Sed legibus, legū seruos vocat Cicero, Seruitus, que hominibus impeditur vera est seruitus, que nostro legibus libertas quod ab hominī seruitio vñdicat, siquidē, ut quidā nō male sentiūt, legē recte positam Dei donū esse, I V R. Vi Mariam in libris Digestorum auctore Demostibene, qui bonis legibus optime perant Deo optime perat, P H. Plato, que legibus seruit, diu ipsi seruit, THE. Aqnas nobis pria sedē Iustas leges vi habere a lege eterna asscrit, ac probat

illo proverbio, Per me Reges regnant, & regum conditores iusta decernunt, hincq; concludit ius in legibus ligari reges. P H, quo fit non bene de finisse illos debentes, qui legibus suis obediunt, sibi ipsis obediare. Nam imperio rationis obeditur, quæ, a Deo est, & secundum Pythagoricos, Dei est imago. T H E, Moyses faciamus hominem ad Imaginem, & similitudinem nostram. P H I, Preterea, ut a, diffinitione quæstio dirimatur edificare, quid est Civitas, I V R. Quæ episcopum habet. P H I. Magis est, q; episcopus non sit sine ciuitate, Celeberrime quidem apud Maometanos numerantur Urbes, I V R, quidam adieciunt, quæ muris cingitur. P H, Desertus isto modo locus muris cinctus foret ciuitas & ceterum ubiq; opida videmus multa, ac villulas validissimis cintasmuris, et episcopis obediëtes, I V R. Alij autore Isidoro dicunt hominum multititudinem societatis vinculo adiunatam simul vivendi causa. P H I, Procedonum multitudo iusta ratione sociata ciuilem populum constitueret, melius ergo Cicero in Rep. definit, Cetum hominum iuris consensu, & utilitatis communione sociatum. Iuris consensu autem, ad excludendos prædones, & reliquos, qui ad aliorum iniuriarum sociantur. T H E, Huius diffinitionis meminit Aur. Augustinus, ij. & xviii. Ciuitatis Dei. P H F, Absolutius. Arist. in Politicis definit, ciuitatem nihil aliud esse, q; ciuilem quandam societatem simul, ac beneiuèdi gratia constitutam. T H E. Neq; diuersus sensit Cicero illis verbis, Iuris consensu, ut idem interpretatur Augusti, In iustus

quippe consensus feret, si male vivendi gratia iniaretur. P H I, Si nihil aliud est ciuitas, q; ciuilis quedam societas, contrahitur, ne Societas villa sine passionibus est I V R. Non utiq; nisi tacitis aut expressis. P H I. Passiones huiusmodi nonne recte societatis leges dicuntur & I V R. Non dubium, verum quid ad populum, qui nequit sibi met obligari & P H I. Neq; Societas sibi met obligatur, sed ipse inter se socii. Dic quæstio, est ne societas, anteq; ineatur & I V R. Nulla prorsus. P H, In iuri ne potest, anteq; socii de conditionibus conueniant & I V R. Minime, P H. Non ne conueniunt se se in uicem placitis de obstringendo & I V R I S P. Proculdubio. P H, Adesse ergo passiones societatis requiruntur, quæ leges dicuntur. I V R. Necesaria, P H, Ergo adesse ciuitatis leges sunt necessariae, I V R I S P. Tam per necessariae, q; ciuitas sine legibus stare nullo pacto potest. P H, Si necessariae sunt ligandi iecirco vim habeant oportet, alioquin scit. Societas sic ciuitas disoluetur, si legibus non obtemperatur. I V R, Illico dissoluatur oportet. P H, Et propterea quis societas ipsa, ac populus sibi met obligari non possit, non sequitur in contrahenda; ac gubernanda societate nequeant socii; & ciues se se in uicem denuncire; & prefestis; Rektoribus; & Magistratibus leges praescribi; ex quibus sit scit pactum in societate negociali. Ita lex in ciuili ordinatio est; ac conseruatio ciuitatis. Arist, viij, de Rep, Lex est ligitur ordinatio quedam; & igitur bona lex bona ordinatio; & alibi; Ius ordinatio ciuilis societatis est;

judicatio iusti iudicium. Plato. in legibus. Lex est rationa lis quædam regula certo ordine ad bonum ciues perducens. THE. Similiter Aquinas noster, Lex est (inquit) ordinatio, quædam secundum rationem de conferentibus ad finem politiæ. PHI. Manifestum itaque est, populum suis legibus ligari. I VR. Apprim. PHI L. Et per hoc populi non esse Romani, ut suis legibus ligari nequeat quo sit id iuris in Principem transferre nequissime, ut suis ligari legibus non valeret. I V R I S P E. Alia sane principiis videatur ratio, & una vere supereminens omnibus persona sit, aliisque leges imponens. PHI. Hoc ipsius scrutemur. F VR. Opereruptum est. PHI L. Pater fami. nomine eiusdem domus princeps est, cuius est pater. I VR I S P & quidni. PH. Et unus eorum qui in domo sunt, & ipsiusmet pars. I VR. Etiam. PH. Si militer, & nauis gubernator unus eorum est, qui in nauis sunt, eiusdem quævis nauis sit princeps. I VR. Dubio procul. PHI L O. Sic princeps est unus eorum, qui in Civitate sunt ciues, & pars Civitatis. I VR. Sed alio quidem pacto. PHI. Attende. Caput, quævis omnium membrorum princeps sit, quin membrum, ac pars corporis existat, negari non potest. I VR I S P E. Vera narras. PHI L O. Eque princeps quævis potior in civitate sit non propterea definit ciuius esse, atque civitatis pars, Si igitur Princeps ciuius est, ac Civitatis pars, Consentaneum est, hisdem ligetur legibus, quibus Ceteri Ciues, & reliquæ Civitatis partes, id est suum totum, hoc enim, toto cito

nitas corpore continetur, etiam Princeps, vt pars totius. I VR I S P. Vera narras. Nam Caius iure contra legitur, Respondisse familiæ appetitur, etiam Princeps contineri, & Monachorum numero Abatem contineri, non est, qui ambigat. PHI L. Et propter hoc non potest diversi iuris censeri, nulla namque pars potior esse potest suo toto. Sit licet una pars altera melior, queque suo fungitur munere, ac prærogatiu, ut in corpora ipso videmus omnia membra non eundem actum habere sed opere, & potentia dislingui, & ideo nobilitate, & principatu, vt Caput. Principatus enim diversam speciem non facit, quævis non eadem sit dignitas qualitas, Assumitur autem princeps ad gubernationem Civilis Societatis, & ideo sunt leges, quibus vivitur. Princeps ad Deorum, & populi maiestatem conseruandam, atque Imperium exercendum, sunt etiam leges, quibus vivitur, vt priuatus. I VR I S P E. Hec, diuinis, constitutionibus, eadem explicata habemus. PHI L O. Præterea, vt inductionibus, Platonici, & Aristotelici confirmemus, veluti omnium membrorum, & præcipue capitis unum est opus scilicet incolunitas, & conseruatio omnium item nausantium, & gubernatoris in primis unum salutis opus, eque omnium, qui in civitate sunt, & q. maxime. Principis unum opus scilicet, Iustum, quod in communi utilitate versatur. At quorum unus, & Idem est finis, eodem sint actiones, oportet, congruentia autem media ad bonum poli-

cum, sole sunt leges, iisdem ergo vletur legibus, princeps ac ciues ceteri, qua ducunt ad finem, Princeps, ut natus gubernator, ciues, ut nautae. Diversitate autem officiorum legum distinguuntur vsus. Postremo socius sociali ne gociatione prepositus, nunquid ob id, q̄ pr̄positus, es̄t de finit esse socius ē I V R. Minime. P H. & socialibus legibus, solutos. I V R. Absit. P H. Cur non idem in ci uili societate dicendum ē Aut enim certa p̄ficietur l ege, & illi tenetur, quam in principe regiam vocamus, aut nulla dicta l ege, & illa proculdubio tenetur, vt nihil omitat eorum, que ad communem pertinent utilitatem etiam si libera administratio concessa esset, illa saltē ligatur, vt arbitrio boni viri, que communiter utilia sunt, non negligat. I V R. Non semper socij communis nō gociationi p̄ficiuntur. H Y S T. Post Romulum, e, Sabinis Numa in regnum accitus proditur. P H. Principes inslitoribus it̄ modo equatis. I V R. Reges non sunt inslitors. Sed dominii. P H. Ergo socium societati ciuili p̄fectum in dominum assumi creditis. Inequalitas conditionum societas disrumpit. Mox enim, q̄ aduend in principem suscep̄tus, es̄t in ciuilem societatem receptus intelligitur cum potestate imperij exercendi ad communem utilitatem a regedo reges, nō a regnando dicti sunt. T H E. Sic des finit Aur. Augustinus, de ciuitate Dei, P H. Hactenus satis multa percurrimus, vt ostenderemus, non impossibile principes suis ligari legibus, de qua re medius fidius pertinacia magis, quam ratione pugnat, Aut quorun-

dam imperatorum vobis blandientium verbis dum se legibus solutos iactant, suaq; dūtaxat benignitate obstringi quasi Imperialis beneficentie, nō officij fit tyrannides non exercere. Nam quotidie palpitatis, principes suis parere legibus. H Y S T. + Vnum velim semper excipiat, qui nihil unquam ratum habuit, nisi sibi cōmodū presentiret. P H. & tu, & ipse, ac vulgus censem commodū, quod semper vere fuit, & sibi, & alijs incommodissimū, quid enim commodi afferre potest, quod principatus honore priuat, atq; penitus humanitate. Hi sunt homines, quos poterum sales lupos factas modulantur reiecta hominis dignatione brutalem vitam viuunt. I V R. Experimur qui dem Principes legibus parere benignitate naturę, non legis necessitate. P H. Tamē si temperatis viris lex Deus sit, vt ad amicos Dionis scribit Plato. nihilominus, principes legibus, & obedire, & ligari quotidie legitimus, & videmus, quod breviter explicabo, modo ad interrogata respondeas, & ingenue veritatem agnoueris. I V R. Respondebo, vt petitis, audiisseq; ansulabō. P H. Satis constitit inter nos, secundum leges Reges viuere. Tyrannos fecis. I V R. Profetto, Diuus enim, Alexander ad Antigonum rescripsit. Nihil tam proprium Imperij esse, q̄ legibus viuere. T H E. Confirmatus es̄t Aquinatis auctoritate, nisi vobis excidit memorie, dicentis oportere in ciuitate Principem habere regulam, per quam dirigitur in operationibus, & dirigat alios, & per quam iudicet, hoc autem sit per legem. P H. Secundum quas ergo viuit le-

L I B E R

ges ē F V R . Ciuitatis, & diuinis, & humanas. P H . De diuinis, & humanis nulla contentio . Dic igitur secundum leges suas ipsius principis, an populi ē I V R . Nihil refert fug, vel populi modo sunt iusti . P H I . Si secundum suas viuit leges, nonne suis obedit legibus, sin populi, popularibus: sini iter obedit legibus. I V R . Viuit secundum eas non, vt obediens. Sed cibos, & cogens, alios obedire, ipse vero supra leges est: mutu suo omnia gubernās. P H . Dic amice iustus, & iniustus nonne sic definitur aliquis, q̄ qui secundum leges viuit sit iustus, qui contra . Sit iniustus, I V R . Proculdubio, P H . Princeps contra leges faciens, sic erit iniustus, I V R . Minime, quoniam non sibi sed aliis dista est lex . P H . Iustus nomine dicitur, ab eo q̄ iusta facit & ex diuerso iniustus faciens iniusta, I V R . Qūis ambigit . P H . Finge principem fortiter facientem vel quid aliud lege premium preposuisse, & ex contrario certam penam facienti, vel non facienti quippiam, poterit ne Princeps mercenti iure negare premium, & similiter contra legem facienti aliam, q̄ scriptas, iure prerogativa penas, I V R . Non utiq, P H I L . Ut quid istud ē I V R , quoniam secundum legem, a se dictam indicare debet . P H I . Et si aliter facit, an iniustus facit? I V R . Utq̄ non iuste facit . P H I . Nonne propterea princeps est iniustus? I V R . Videtur . P H . Et non ob aliud, nisi, q̄ suis non obediuit legibus, I V R . Sic arbitror . P H . Legi igitur sua ligatur princeps, I V R . Fateri conuenit . Nam ex imperfecto testamento etiam Imperatorem

S E C V N D V S 24

capere inhibitum est, si capit iniuste capit, si non capit, legi obsequitur, nec quisquam princeps proditur huic legi, & alys huiusce generis non obtemperasse.

M A R I I S A L A M O N I I D E P R I N C I P A T V .

L I B E R T E R T I V S .

P H I L O S O P H V S .

Idere videor his dictis vix animum assentiri tuum, quāuis nihil repugnare intelligas, quid si monstrarem principem, aut nullis, aut per paucis solutum legibus, hisq̄ arclius stringi quam alius, qui quis priuatuerit, I V R I S P E . Incredibilia policeris, P H I L O . Plenius prēstabo, quam̄ polliceor . I V R . Nihil audiūs discerem, quid expectas ē P H . Responde igitur . Qui finis est principatus ē I V R . Populum, suis legibus continere, regnum propagare, tueri stabilire, & quantum in eo erit, ad nepotes, trinepotesq̄ transmittere, & in summa nihil eorum, quem ad eam rem pertinent prētere. P H E . qui Tyrannidis finis? I V R . Non dissimilis . P H . Tyrannis igitur, & principatus, sunt idem ē I V R . Non idem, sed similes . P H . quomodo similes? an quia vterq̄ bonus, an qa vterq̄ malus, I V R . Similitudo est, a

natura, ut in ceteris rebus, que sponte sua fluent conseruationi, & perpetuitati suipius. P H. Quomodo ergo non idem? I V R. Quidam non eodem graduntur calle, ut eleganter in Catili. Griffus Calu, ait, Bonus, & ignarus eaque gloriam sibi exoptat. Illa vera via nittitur is, cui bona artes de sunt, dolis, et fallaciis. Talis itaq similitudo est, & dissimilitudo inter principem, & Tirannum. P H. Si idem virtus quod finis, proculdubio quod sint actiones oportet, que ducunt ad finem, & ideo, aut virtus quod bonus aut virtus quod malus est finis, & quia, ut in proverbiis receptum traditur, quod cuius finis bonus est, ipsum quoque bonum esse. Cosequens fit, si bonus virtus quod finis, utique tirannus, bonus quiddam est. Si virtus quod malus est, principatus quid malum fit, est necesse, & tamen nemini inexploratum liguet, sicuti tiranni res pessima est, & inimica natura, sic principatus inter bona ad numerari. Bonus, & ignarus eaque gloriam sibi exoptat; non eaque tamen assequitur, salis cedepol plena sunt verba, & alterius quidem vi physiologia spectant. Nam acriter apud philosophantes agitatur quo Verum voluntaria sunt peccata quam nemo propter ipsa peccet nisi imprudens, dicebat Plato. neminem, ut sponte egrotum, ita neque virtuosum. Nam, ut hunc morum intemperies corporis morbus est, que cum egritu dinem nihil aliud est, quam intemperiem quandam mentis, perturbatis sensibus non gustus, neque iudicium constat ullum. Hyst. Amicus ergo ille nosfer, cuius, mens semper inquieta, turbida procellosa, non volens ebriosus est.

Cinedofus,

Cinedofus, incommodosus, auscultate facetam facietiam. Nonnulli in Capitolio conueneramus, inter quos Rapetius Paulinus, in Iuris scientia, & aduocatione clarissimus, & suo apud eiusdem, Camillus patronorum optimus, & per candidius Poeta, Hippolitus Saxius, volueri, & arguti ingenii Mathematici, & Geographi, peritisissimus, quanquam coiffemus in coronam, & in sermonem de vita illius, incidiemus, adseruit, Aulicus Imolen. quidam vir impudentissimus, temerarius, importunus, loquax, & nostraris vni libere, ut in libera Civitate solet, & parce tamen, ac verecunde quodam minus decora protulisset. Tum aulicus iste, quodam adiecit lasciviora, verum hominem defensabat honestis meritis esse, crupulas, & venerea inter turpia non ducere, sed Saxius, quid si turpia exstirparet & respondit ille, abstineret utique. Camillus cachinno irrisit, ad hunc Paulinus. Si istihuc impeccantia est, dispergant, qui nos tam sciolos fecerunt. T H E. O blatteronis fluitatiam, qui sic excusando acerius, hominem incusabat. Hislo, quo pacto? T H E. quia heresis est, non imprudentia, turpia ducere non turpia. P H. At qui illas duas gressiadi, coenam diq; voluptates ideo infames supra ceteras sapientes nostris detestantur, quod cum Afinc, sue, & reliquis bestiis sunt communes, a quibus, ut vultu, & animo distamus, sic: & consuetudine non differre fidissimum: & ab homine omnino alienum arbitratur. Verum de finibus principatus, Tyrannidis nostra nunc contentio est: que: ut planius dirimatur: dissimilaciones (si placet) scrutemur. I V R.

D

opers precium videtur. P H I . Abo ducantur oportet, quid in his pot. si sum exsistit, & ab aliorum communione se secessum est. I V R . Proorsus . P H I . Verum isthac inquisitio litigiosa magis, & necessaria videtur . I V R . quapropter? P H I L O . quoniam explosa illorum opinio est contendentium iussum esse, quicquid potentiori sui Principi placet, vel vtile est, & alia his similia. At nunc Sapientum traditionibus illustrata, ac in perspicuo posita vera non ignoratur, diffinitio, quorum sō auctoritate contenti esse debemus . I V R . Atqui si singula persequi volumus, & a Sapientibus plane digesta in questionem reuocare, multaq; super sint, Haud minus vtilia excutere prius nos dies deficiet, & re vel infecta, aut melioribus, neglectis discedemus . T H E O . Importunum, atq; nimis arrogans fore, sapientum auctoritatibus non acquiescere quorum lucubrationibus tantum debemus, quantum egrisatatem, eccl: lucem resiliuntibus, omnium bonarum artium ignari in tenebris ambularemus, vietumq; ferino viueremus, nisi tales viri nos præcessissent, quid igitur definitum sit ab his, breuiter explica . P H . si patienter auseculabilitas aures, & sensus omnes implebo vestros . I V R . Utinam . P H I . Principatus omnium cōsensu iusta, est ad populi vilitatem gubernatio, prava autem gubernatio Tyrannis . Adeo inter se pugnantia sunt hęc duo, vt vnius cognitione alterum non ignoretur, & verum sit hoc proloquum de qualibet gubernatione, quod aut principatus sit, aut Tyrannis , Tyrannus itaq; non

alius, diffinitur, q; iniustus princeps, & Princeps, qui ius regnat. Iusle autem, q; iure principatum ineat, & ad ministraret, cōtra iniustę altero de duobus modis (aut) q; non legitime principatum inierit . T H E O . Exinde illud Saluatoris nostri, qui non intrat per hostium sur est, & latro . P H . Aut, q; in administranda iustitia deficiat, vnde fit, isto iure, quis nactus sit principatum, nisi iusle moderetur, de solio regis colitudinis famam extempō decidit in Tyrannidim . T H E O . Vere ergo Augusti. iii. Ciuitatis Dei (inquit) Remota iustitia quod jure regna, nisi magna latrocinia : P H I L O . Iustitiam autem principatus, non a iudee metimus, quam a vera religione, & communi utilitate, & hic unus optimus, propter quem principatus, est institutus, vt dilucide . Socrates apud platonem primo, & secundo, de Rep. subtiliter disputat. quam vero necessarium sit studium obseruande, religionis sine, qua Deus non propitiatur, inde liquet, q; sinut propitiari, Dei auxilio Res ipsa. male administrator primo, & quarto, de legibus Sicu pecora (inquit) non a pecoribus, Sed alio meiore se genere, vt pastore homine reguntur, sic homines ab homine sine duce Deo, male gubernantur, Vbi non Deus, sed mortalis aliquis dominatur, nulla vnguam malorum, laborumq; futura est quietes . THEOLOGVS . Non platonica. Sed Davidi ea hęc mihi videntur, quid enim ab illo discrepant? Nisi dominus edificauerit domum in vanum laboras

uerunt, qui edificant eam & nisi dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat, qui custodit eam. P H . quod autem iustum a communi pendeat utilitate Aristoteles, i. j. Politycorum in cunctis scientiis, & artibus finis est: bonum. Cuius le autem bonum id est communis utilitas. Et quale erga Remp. principis officium esse debeat. Plato, primo de rep. describit verbis his. Neque alias illus, in aliquo principatu, & facultate imperans, quatenus princeps est, & sibi conferat, cogitat, aut praecepit. Sed & subiectis conduceat, & quae dicuntur, quaeque facit, cuncta ad illius utilitatem & decorum dicit, ac facit, quod elegantius, in officiis translatis Cicero. Ut enim tutela (inquit) sic procuratio Reip. ad utilitatem eorum qui commissi sunt, non ad eosrum, quibus commissa est gerenda est. I V R . Adiudicite hęc Imperatoris Iustiniani verba & Imperialis (inquit) benivolentię hoc esse indicantes, ut omni tempore subiectorum commoda tam inuectigare, tanq; eis mederi procuresmus, que omnia perquam breuissime, ac dogmatice cōplexus, est nosler Baldus dicens, Principatus sicut Iustitia ad aliancē est. P H I . quoniam principatum, ac Tyrannidum prius sunt species, in quibus nulli verecundum ac detestabili est, igitur Aristotelem. Si placet, more suo dilucide ac subtiliter distinguenter audiamus. Quando unius (inquit) vel pauci, vel multi communem utilitatem in gubernatione sequuntur. Has esse rellas Rerum species, necesse est. Quando autem ad propriam utilitatem, vel unius vel paucorum, vel multitudinis gubernatur

transgressiones sunt, & labes, vocare autem consuevit mus. Cum unius, ad utilitatem communem respiciens gubernat regiam potestate. Cum uero pauci optimatum, vel quia optimi, sunt vel quia ad optimum statum Ciuitatis gubernant. Cum autem multitudo gubernat ad communem utilitatem, Reip. communis nomine vocatur, labuntur autem, & transgreduntur, huiusmodi species ex regia in Tyrannidem, & optimatibus, in paucorum potentiam ex rep. in popularem statum. Tyrannidem dicitur, dominatus unius, tantum ad proprium commodum intendentis, paucorum potentiam ad opulantorum commodum gubernantem, popularem statum ad commodum egenorum, Harum enim nulla ad communem utilitatem respicit. H Y S T . Aristotelicis verbis palam fit, qualis sit ventosus ille Venetorum statutus, in quo solis quibusdam familiis reliquias sine honore seruit populus, que quidem tyrannis eo perniciosest, quo intollerabilius est a Tyrannis pluribus, q; uno premi. P H I . Manifestum itaque est, Principis proprium esse, undequaq; communi utilitati intendere, & idipsum, ut summum bonum appetere, hoc est, non solum sollicitari ad finem diligentibus. Sed a fine abducitibus id est publice utilitati summpere procurare, & facere, & ab his, que populo nocitura sunt preceauere, nihilq; igitur communitati noxiū statuere. I V R I S P . Quid si statuat, iubeatque? P H . Impune non obtemperabitur. T H E . Hęc est Aurelij Auguſtini sententia li. confessio, dientis, Regi si non est contra ſocie

tatem Ciuitatis obtemperatur. PHIL. Ex quibus plane conficitur, illis omnibus principem ligari legibus, quibus, communis utilitas, continetur, que lex quam latissimae pateat, quaque arctius obstringat, casuum varietates considerantи cuique facile succurret. Hinc etiam efficitur principem omnibus, satis legibus teneri, et hoc amplius, in arbitrio eius non esse, leges recte positas sine iustiori causa abrogare. IVRISP. Deliras, aut iocaris. PHIL. Serio, et plusq; serio loquor. I VRISP. Inaudita dicas. PHIL. Atqui verissima, ac probatissima. IVRISP. Aperi nobis obsecro iste hęc miracula, PHIL. Dic amice quas leges ferre debet princeps. IVRISP. Varij varia senserunt. Quidam, quas volet, Alij. Sibi utiles, idest ad regni, stabilitatem conducibiles, Alij communem utilitatem resipientes, hoc quoq; iure utimur recepta Isidori definitione, Cuius verba sunt hęc. Erit autem lex honesta, iusta, possibilis secundum naturam, et secundum consuetudinem Patrię, loco, temporique conueniens, necessaria, et utilis, manifesta quoq; nec aliquid per obscuritatem incautum captione contineat nullo priuato commode. Sed pro communī ciuium utilitate conscripta. PHILOSO. Primę duę opiniones tyrannicę sunt. Nam verus, princeps principatum ponit quotiens communitati viderit expedire. THEO. Nesciendum Principatum, verum etiam animam ponere idest vitam Saluator doceat, PHIL. Tertia vero omnis

bus enarratis partibus, plena descriptio est, quāuis viatico iusti verbo hęc omnia cointineantur. Non enim iusta lex esset si non honesta si ipsi naturę, moribusq; Ciuitatis incongrua, inutilis, captiosa, Priuati commodi, sive principis, sive alterius, non autem vniuersorum Ciuium gratia, preclare icirco Plato. iij. de le gibus, neq; censemus (ait) rectas esse eas leges, que non sunt communiter totius ciuitatis gratia, p. sitę. THEO. Eodem modo defendit Aquinas noster dicens. In iusta lex est, quando Princeps in suam, et non in communem fert utilitatem. Item quando non distribuite q; onera, vel honores ad bonum commune. PHIL. Audacter itaq; Vir sapientissime, concludamus, oportet, si quidem iusta sunt leges, quae communitati prospiciunt, et alias, quam iustas princeps scribere non potest, alias ergo, quam communitati utilles ferre, non posse, et sicut communis utilitas ferendarum legum causa est, calendarum similiter diuersa non sit causa, est necesse, desererer enim communem utilitatem princeps, quod contrariam esse in officiis exclamat Cicero, abrogando Reip. leges villes vel necessarias, quo sit, tales leges tollere, nisi aliud iustius, exposcat, non potest princeps. IVRISP. Hoc idem in nostris legibus ex sententia vulpiani cautura nunc intelligo, de constitutionibus, principum dicens, in rebus nouis constitutis, euidentis utilitas esse debet, vt recedatur ab eo iure; quod diu equum visum fuit. THEOL.

Aquinas, Hoc solum (inquit) esse debet in mutandis legibus, ut maxime, evidenter, utilitas ex novo statuto proueniat. q. et. ix. A secundo primo, q. q. P.H. Sic illis iisdem suis arctissime, illigari legitus suadet ratio humanitatis. THE. Iustis proculdubio legibus, ligari reges Aquinas defendit ex illo, Per me legum conditores iusta decernunt. P.H.I. Patere legem, ille ait, quam ipse traxeris. THE. Et diuina vox in Euangelio, quae cunq; vultus facient homines vobis, eadem et vos faciat. Ministrorum enim Dei sunt in bonum ad Romanos scribit Apostolus, et illo, quo iudicio, quo iudicatis: iudicabimini et qua, mensura dimensi eritis, eadem remetetur, vobis. F.V.R. Praetor edixit, quod quisque iuris in alium statuerit, ipse eodem iure vtratur. P.H.I. Suadet etiam equalitas societatis ciuilis, ut satis abunde mox differuiamus. THE. Considera ne his obstat illud Apostoli. Omnis potestas a Deo est. HYST. Imperium Romanum nimirum a Deo est, quoniam non unius, ciuitatis. Sed vanuersi orbis fuit res. nec propterea Princeps Romanus a Deo est, quod Imperium Romanum a Deo fuerit, alios quin omnes principes optimi, fuissent. Sed a Populo Romano constitutus, non ignoratur. P.H. Siue a Deo siue ab hominibus, Romanus sit princeps, nolite existimare a Deo creatum mundum, et in eo homines, ut principum seruirent emolumentis, absurdum quidem supra dicti post, propter principes factos homines opinari. Nam liberos, atque equales nos Deus genuit, Principes solum ad

commoda popolorum, quo facilius humanam, atque ciuitatem societatem innocenter custodirent, mutuis inter se beneficij iuvantes? Sunt autem nonnulli natura subditii, id est quibus vtile est, ut imperetur, ut liberis a parentibus, Iuuenibus a Senioribus, stultis a prudentioribus, ignobilibus a generosis, et his non servitutis iugo. Sed charitatis complexu, et quodiu ipsis conducere intelligeretur, ut in eis qui propter etates, vel quid aliud rebus suis superesse non possint, velut prodigi, mente capti, et similes. TH. Hunc locum per pulchre tractat Aurelius, Augusti, xvii. Ciuitatis. Dei ex Rep. Ciceronis. PHIL O. Hic indicavit Hanc illepidam inquisitio. IV R. Quemam? P.H. Quousque, scilicet communem utilitatem procuraturus sit princeps, et hoc in alias multas dividitur, quas vereor ne fastidiosum sit prosequi. F.V.R. Mihi, et alijs nichil plus quam gratiosum non dubites. THE. Non fallaris, res sunt auditio digne. PHIL O. Primum dividatur in eas questiones, Vtrum ita communem sequatur utilitatem, ut super anteponat, etiam ingruentibus vtrique ne cessitatibus. Item An eadem sit causa danni, et lucri, quid in pari, quid in dispari puta si parum publice interficit, et principis, priuatim multum. IV R. que tandem decisio est PHIL O. quod omnibus prodest, vel nocet omni casu preferendum ab eo, qui se se, et sua omnia cunctis discriminibus obiectare pro communitate patratus, esse debet. Nam nulla tam exigua communis utilitas, que maior non sit quacunque maxima priuatim, non

est proportio eius, commodi, vel incommodi, quod priuatis parietibus cohæcere ad id, quod in multis disflenditur, quo latius, diffunditur, bonum, eo melius, & malus deterius, accedit eo, quod communiter omnium interest principis quoq; negocium contineri, ex contrario vero fecit Cicero. Potest autem quod, inutile Reipublice sit, id cuiq; Ciui vita esse? In comparatione causarum que potior sit habenda? Idem Cicero ex auctoritate Platonis docet his verbis. Omnino qui Reipublice prefutari sunt utilitas ciuium sicut eantur, ut quicquid agunt, ad eam referant oblitii commodorum suorum. Cicero, Idem Tertius de finibus. Vir bonus, & sapiens, & Ciuis lis officij non ignarus utilitati omnium, plusquam vniuersitatem, aut suę consultit, Nec magis virtus perandus est proditor patrię, quam communis vita litatis, & salutis deserter proprie suam utilitatem, aut salutem ex quo laudandus sit is qui mortem appetat pro repablica, quod docet Cicero Chariorem esse patriam, q; nosmetipso. E V R I S P. Audite ad hanc sententiam aurea Imperatoris, Iustiniani verba. Quod communiter omnibus prodest, hoc priuatę nostrę utilitati preferendū esse censeamus. Nostrum esse propriū subiectorum cōmodū imperialiter existimantes. Hac enim constitutione Ciuium commodis restituit caduca, & pro non scripta omnia fisco vendicari solita. Alia item lege. Indicibus ex publico constituta stirpe suffragia litigatis

onerosa, & gravis populo singulorum præscriptiones substulit, suo sic queſu non modice diminuto, quæ si non diſcessifſet ex aula, non sic auare nunc exigentur, quas popinas vocant, quarum libidine tribunalia publica sub hastā veneunt. H Y S T O. Videmus enim scribarum, questorum ac magistratum concusſiones in maximis, redditibus computari, & noua veteribus grauidora pendī vestigalia. Diuīs, non diuīs Mero, misertus, onerum popularium vestigalia, quæ non aboleuit immixuit. Diuīs Augustinus, & alij multi in annos difficultibus gratis plerumq; vel lessimo preçio dimensum est frumentum. Traianus quinq; millia ingenuorum puerorum de suo assidue aliuit. Imperator Nerua omnes pecunias, quas iniuste Domitianus rapuerat spoliatis, restituit Romanis pauperibus, Decies quinquagies centena millia erogauit. Agros sua pecunia coemptos prepositis Senatoribus, quibusdam inter egenos iussit diuidi, & tantum larcitionibus induſſit, & vasā aurea, argentea, prætiosi ſamq; ſuppelæſtilem, vefles deniq; atq; ornamenta Imperidilia auctioni ſubiecit. Diuīs Traianus nihil in munificencia ſegnior ingentem tabellam rerum propter ea venditum in foro ſuſpendit, ac circumferri fecit. Imperator Antoninus philofophus Marcomanicō bello larcitionibus, exauſto iam grario ne provinciales grauaret quicquid præcioſe ſuppelæſtis, & Imperia lium ornamentorū, vefles vxoriaſ ac mīdiū omnē in foro

Trayani venundari fecit. Pudet, a Gentilium principibus. Christianos p̄iis largitricibus superari. PHI. Non minus elegans ex his alia surgit inuestigatio. I V. RISP. Cuiusmodi est? PHI. Scilicet id reip. vtile, nū cum alterius detrimento sit procurandum. HYST. Haud multis res hęc agenda est, quia sanctissimo, maiorum nostrorum, & Atheniensium iudicio sopia nō ignoratur. PHIL. O. Si placet audiamus, quia non paruo preiudicium nobiscum agit. FVR. Immo delectat. HYST. Popu. Romanus F. Camillo Conf. Faliscos longa obſidione cincos Magistri, literarū ludi de primarijs pueris proditionem respuit, expectibilius ratus, in longum, atq; etiam fruſtra obſidionem trahi, q̄ sceleris turpitudine citam, certissimam victoriam contaminare. Maximis, Idem populus diſpendiis, ac discriminibus ſubleuari poterat formidabilis belli, quod a generoſo, ac potente rege Pyro inferebatur, ſi q̄ue conducere duxiſ ſet veneno, vt armis vincere? Similiter Atheniensium, clandesino incendio ſubduct̄ ad Gytheum Classis Lace demoniorum opes communijſſent, & Imperatore, Maris vendicafſſent, niſi Arifidi minime honeſtum diſſentē au diſſent, Palpitatis ergo iſtorum exemplo, q̄ intrepide defendi potest. Nihil quiq; vtile, quod parum honeſtum videri potest. PHIL. O. Pulcherrimus hic in philoſophia locus, ac perutilis, quem copioſe, ac luculenter explicauit Cicero, in officiis, a Panetio de iuſtitia pretermiſſum, q̄ dubitare turpiſſimum ducebat, nū posſet

aliquando vtilitas cū honeſtate pugnare. Cenſebat enim nihil eſſe vtile, quod non eſſet honeſtum, nullamq; maiorem p̄fitem in hominum animos irrepſiſſe, q̄ eorum opinionem, qui hęc natura coherentia diſtraxiſſent, de qua re Cicero, omnium reſte Philoſophantium conſensu, ac firmiſſimiſ argumentis concludendo (ait) Detrahere igiurū alteri, & eius incommodo ſuum augere commodum, magis eſt cōmuni veſtrā, q̄ paupertas, q̄ dolor, q̄ mors, quācetera que poſſunt aut corpori accidere, aut rebus externis natura non patiſſur, q̄ aliorum ſpoliis noſtris ſcultates, copias, opes augeamus, neq; hoc ſolum natura iure gentium, ſed etiam legibus populorum. I V R. Ius re quidem noſtri valde abominabile eſt, cum alterius, ita ſtura locupletari. Nunc me, Deus intelligo ex hoc philoſophiæ fonte edilitia manafe edieſſa de rebus vendendis, nequid emptor ignoret, quod norit venditor, & dictum preſtare oportere, & non diſſi, quod interiuſſet emp̄ris dici, vel non dici. PHI. Paulopofl idem Cicero, ſubiicit, qui ciuium rationem dicunt eſſe habendam, externorum negant. Hi dirimunt communem humani genereſ ſocietatem, qua ſublata liberalitas, beneficentia, bonitaſ. Inſtituta tollitur, q̄ue qui tollunt etiam aduersus Deos Immortales imp̄i iudicandi ſunt, ab iis enim conſtitutam inter homines ſocietatem euertunt. T HE. Conſtituit hoc Deus illo compendioſo precepto, Diliges proximum tuum, ſicut teipſum. PHI. Merito iſcirco Socrates exēcrabatur eos, qui vtile ab honeſto ſe iunxiſſent. T HE:

noſtri etiam Theologi acerbioribus multo execrationibus (vt par eſt) infeſtantur. HYST. O tempora, o mores, in quæ incidimus, non ſolum in priuatorum laſres penetrauit hęc peſlis. Sed regias, quid, inquit re- gias, verum etiam ſacerdotum ſacraria occupauit, vt nihil iuſti, nihil penſi, nihil reſetti habeant, niſi commodum, Aſſiduos, ſolos, beatos, ac frugi, inſontes vero, aut ignauos, aut hypocritas arbitrantur, poſt mortem nulla de vita queſtio, Sed quantum auri, argentiue reliquum ab hiſ, quibus ſola arca fuit niſi ſcorum, aut ephēbus, aut alia, aut hęc omnia pro nudis, et eſurientibus, quos ex officio paſcere oportebat, ēneas Pius ſecūdus. Papa, Maximus, diſtare ſolebat, regio nomine indigneſ illum, qui ſuis coymos diſ communem utilitatem metiretur, Quod dixiſſet de hiſ qui honeſtatem non aliter mētiuntur: THEOL. Beatus Bernardinus vociferatus in clerum plus iuſſo, etiam ſi ultro porrigatur capiantem quibus nefas eſſe dicit, pluris vel nummo vendere, vel minoris emere. HYST. Sed humana iſthęc, quid ſi diuina pu- blica proſcribi vidijſſet ſuppoſitis etiam licitatoribus et Diuina inq. illa propter quę Paſtor Petrus Simōnem a ſe ejiciendō damañauit. O Bone Ieſu ſemel, et clam Iudas te vendidit, a ſacerdotibus, et Pontificibus, emp̄us, vt ſaluum faceres genus humanum. At nunc, vt perdaſ centias in die, et palam venundaris, ſi emptor affuerit. Sunt qui hoc loco Populum Romā-

num incuſent, qui glorie, et Imperij cupiditate totum terrarum orbem vi, et armis infenſaffent, quibus ipſe accederent niſi iuſto bello parta diuino, et humano iu re retineri poſſent, et niſi iuſte domiſis vtili eſſet bo niſi domitoribus, obsequi quām licentioſe viuere, non deſunt cēbreſ ſcriptores, qui doceant nullum iniuſlum, vñq; a Populo Romano, geſlum bellum, q; ante Ceſarum Tyrannides bellorum initia percuntanti ciuiq; facile ſuccurrat. Sed pro omnibus ſufficiat magnificum Ciceroſ uis, re cefuſſe teſlimonium, Verum tamen (inquit) qđiu Po, Ro, beneficiiſ tenebatur non iniuriis bella aut pro ſo liis, aut de Imperio, gerebantur exitus erant aut mites ne ceſſari. Regum, populorum, nationum, portus erat, refu- gium Senatus. Noſtri autem Magiſtratus Imperatoresq; vna hac re maximā laudem capere ſtudebant, Si pro ſocias, ſi ſocios equitate, et fide defendiſſent. Itaq; illud patrocinii orbis terra magis, q; Imperiu poterat nominari. IVR. Si principis eſt publica curare, ac tueri, nunquid ſic accipimus: vt que vñſus dumtaxat publici ſint, cu ret, vt ſtadia, Theatra, Templa, Porticus, Mēnia, Portas, portus. Item Iudicia, grarium, Pacem, Bellum, iudicias, et id genus reliqua, non autem priuatis vilia. PHILO. Errant, qui ita opinantur quati homines tam gratia coiſſent in populos; Ut nemo negocialeſ ſo cietalem init ipsiusmet ſocietatis cauſa. Sed vt ex ipſa communi negociaſone priuati queraſ, et afflu entius, neceſſitatibus ſubueniat, ſic mortales, a

natura nudi, omniumq; rerum inopes, ac per se singuli ad paranda necessaria minime idonei, nisi mutuo sibi opitulentur, auxilia ad superandas necessitatibus angustias ab initio conuenerunt. Indigentia (inquit) Plato. Ciuitatum origo fuit prima. Aristotle. Communis utilitas (ait) coniungit homines in quantum confert singulis beneiuendi maxime, hic finis est, et publice omnibus, et priuatim. Si priuatim itaq; utilitas causa Ciuitates ab initio conditae sunt, quo commodius, affluentius, securius et sine iniuria priuatim quisq; et sibi, et suis prospiceat. quoniam postea probe viuendi ratio accesserit, ac perpperierit, non dubium est, eadem ratione oportere principem pub. administrare, scilicet priuatorum gratia, qua, et singulis in ciuilem societatem coitum fuit, quod planè efficiet. Si ex publico ad singulos commoda defluxerint, alioquin impium mehercle nimis detestabile, ac minime diuturnum, Ciues in opulenta Rep. Tantos fieri. H Y S T. quod nobis, me miserum contingit, in natali solo nequicq; diuinarum, humanarumq; rerum participes sumus, et iniquilorum melior conditio, perlepide circa M. Antonius Alterius nosler. Vir suauitate eloquij, elegancia, ac morum grauitate clarus percutanti cuidam respondit, se Ciues Zulfuratis, gentilitate ville nomine est, ex qua vitam vixit, et quam inflaret ille, num Romanus esset et erras (inquit) Si Roma mihi patria fuse maria, esset, nutritret, utip, prob dolor despehlfi sine honore, sine favore iacemus. Hand nostro: quod recreat, demerito non

fures, non latrones, non maleficos. Sed alti ingenij, atq; animi nihilq; ob diuinam seruitutes remissi bonarū artium studio sors adhuc gignit mea Roma, Teſlis est Italia, q̄q; Romanis ducibus equitatu, peditatuq; cum Gallis, ac Germanis fortissime nunc pugnat, locupletiores teſles sunt hostes ipsi, cum quibus quotidie configit. P H I L O. Redeamus ad remp. q̄q;flare non potest, nisi de pecunia sui duciis priuatim cuiq; quasi mammillas fugendas prebeat aptissime ad hanc rem animati corporis similitudine vivuntur philosophi. Ciuius busti si de pastis cibis speciales non transmiserit succos, ad membra, et minutos vsq; articulos debilitari, ac brevi interire, necesse est. Et propter ea sicut nihil busto vtile est, q̄ non idem membris, neq; membris vtile, q̄ non idē corpori, eodem modo nihil priuatim vtile, quod non publice, et econtra Vnde palam si priuata publicis usq; adeo h̄c rere, q̄ ab eis diuelli negant. Similiterq; priuatis publica inferire arctissime colligata esse, vt qui vnu probe gerit, vtrump; gerat, oportet, nihilq; vtile priuatim censeat, quod non sit publice omnibus, et econuerso subtili quis consideratione distinguantur, preclare ignis Cicero, inquit: Vnum debet esse omnibus propositum, vt eadem sit, cuiusq; utilitas, et vniuersorum, præterea si quisq; Ciuis, vt fere dictum est, particula est Ciuitatis, qui cuiusvis Ciuis non curat commoda, partem proculdubio deserit Ciuitatis. Totum Reip. corpus curari, Plato precipit, ne pernitiosi tumultus, et seditiones excitantur, Princeps

ergo, & singulorum, & viuenterum commoda procura-
bit. I V R . Hoc voluisse Vlpianum arbitror, quando dis-
xit, Huius studijs sunt positiones publicum, & priua-
tam, duos intelligo propositos fines, ad quos, & princeps,
& legumlator, & interpres legum debet semper inten-
dere. P H E L . Recte quidem sentis. Principis est omo-
nium tam priuatim, quam publico repositam in securam
non ignorare, & que omnibus prouident, preponat his,
que paucioribus, & que nequeunt omnibus. Sed quibus-
dam prodoce, etiam si vel vni conductant, non neglige-
re, & omnia ducat islorum gratia publice, & priuatim
in Civitate disposita, & propter hanc ipsam, & non
aliam causam se ad principatum euectum Imperium ait
Arist. vy. poly. est gratia utilitatis subiectorum. I V
R I S P . Hoc idem Iustinianus in nouellis constitutioni-
bus, ingenue prouietur, & gloriabundus se iactat his
verbis: Ut nostri subditi sub omni quiete confiant soli
licitudinem liberati nobis in nosmetipso pro omnibus co-
gitationes suscipientibus, illa agere querentes, que vti-
litatem nostris subditis introducendo, omni eos onere
liberent, & omni anno extrinsecus. H Y S T . Pro-
p: er huiusmodi sollicitudinem sapienter, Duxus Dioctilia-
nus principatum molestiam esse dictabat, & ideo post
maximas victorias, ac glorioissimos Triumphos, magi-
stratus se abdicavit, & pluries ac Populo, Romano reu-
catus, maluit priuatim, sibi viuere? Plus enim oneris,
quam honoris habent dicebant.

MARII SALAMONII DE
PRINCIPATV.

LIBER QVARTVS.

PHILOSOPHVS;

Ostremo, vt nihil desideretur eorum,
que ambitu publice utilitatis continen-
t, Cuius studiosissimum principem esse
oportere iam concessis, scrutemur,
Vtrum etiam, que ad mores pertio-
nenit comprehendantur, & dubio procul comprehendendi
omnium sapientum vna vox est. Plato in Republica,
& in legibus nihil prius assertare videtur, igitur de ho-
minum ad virtutem institutione ab in curabulis publica-
ce curam suscipiendam precipit. THEOL + quis
curiosius Romana Ecclesia, ordinavit ista que non so-
lum per statum discrimina, sed singula prope temporū
momenta, & ab ipsa prima diei natalis luce curam
suscipiendam, agendamq: precipit, & a lustricis
diebus adhibitis probis viris, quos compatres vul-
gus vocat, qui religione, & moribus pueros instituant,
vitam, vt sancte, instituta sunt omnia, sic ab his
quibus commissa est diligentia impleretur. H Y-
S T O . vereor de Clero nostro dici iam posse idem,
quod de Greecis scribit Curtius, quot professione bona:

rum artium malis moribus corrupserint. PHIL. Hunc locum de Ciuium institutione copioje pertractat Arius teles, iij, de Repub. planumq; su. it, non modo viuen- di verum etiam bene, beate p; viuendi gratia Ciuitates conflitui, alioquin seruorum, & prædonum conuentus esset Ciuitas, & deniq; concludendo, ait, ex his manife- stam est de virtute curam habendam eique re vera ciuitas est nominanda. Si proprium est Ciuitatis de virtute curam habere, p;lam fit, Haud diuersum principis munus esse, qui personam Ciuitatis gerit, si n;glectu virtutis populus indignus fit nomine Ciuitatis, longe indigior fieri debet princeps maiestate, & nomine principatus. Cuius rei multiplex proditur ratio, Cum p; virtutis vñs ad veram dicit feicitatem cuius gratia omnis bene con- fluita intelligitur Ciuitas, sum q; sine amicitia, vt nulla alia, Ita nec ista ciuilis consistere potest societas, morum enim similitudo inter se conciliat homines, secundum vir- tutem viuentes, dissimiles moribus, esse non possunt. Plato, vt simile simili, sic moderatum moderato amicum est. Inmoderata vero neq; iniucem, neq; moderatis sunt amica, & veluti virtus constans, & perpetua est, sic ea dem semper a virtute lex. Idem viuendi tenor sibi ipsi conventions, & finis optimus est, unde pulcherrima con- sentio, & illa pythagorica Armonia, Neq; longe exē- pia petantur. Mea Romana virtutis dumtaxat, ope cum celo de Imperij finibus litigasti, & tu mater Ecclesia, quando esuritione rœsciebaris, nuditate vestiebaris, ege-

state di tabaris, frugalitate ornabarisi, fide c; un scans- dissi, continentia meruissi. Charitate posse Deum in ex- celso consedisti. Terram pro pedum scabello despexisti, Si sic viuere perseverasses nullum inter patres diffidium videremus, nulla de consilio decennali esset contencio, nul- lus de corrugendis moribus metus, Sed omnis de sola ani- marum salute sollicitudo, Cetera, vt caduca, & vilia de- specta iacerent, at nunc profligatis virtutibus, pro pau- pertate diuitiæ, pro pietate rapacitas, & infensa Deo si- monia, pro mansuetudine ambitio, fasius, superbia, pro frugalitate luxus Attalici, & plus Neronianis invideſa Atria pro pannosis serice, & purpureq; inter vilissimas naturantur vestes, Pro ieiuniis crapule, & cenq; plus q; centenariæ, pro continencia omnium voluptatum exquiſi- te illecebre, pro orationibus arma, & mathematicæ con- sultationes, pro Charitate bella, cedes, oppugnaciones, excidia, & inter ipsos patres exitiale hoc ipsum, quod vi- demus excidium, quid futurum censem si Cardinalium, pars illa, que Pifas fecerit consilij compos fiat, & alter- rum nobis opponant Pontificem, quis Gallorum, & alio- rum in nos impetus sublinebit pro Ecclesia, & suo anti- papa, Iure se armis sumere male persuasi. Antichrystos nos appellantes, Verum si virtutis vñs, si honos esset. Si Salvatoris precepta custodiarentur talia non timeremus vereor iratus ne Deus imbræt in nos g'adium vindictæ, m'centur maiora his nostra peccata in cilitio, & cines- re plangendum, non est qui respiccat, nulla sacerditiz

bus, cura in afferenda, propitianda, procurandaq; Dei
ira, cœpi a, cecit ducimus. I V R I S P . quibus ergo ar-
tibus princeps bonos efficit ciues t An, vt ait, Vlpianus
penarum cum metu , tum p̄emiorum pollicitatione.
P H I L O P H V S . Solon dicere solebat his duobus
p̄emio , & pena Rempu. contineri que Haud in ci-
vilitate accipienda sunt scilicet, vt flatim in delinquen-
tem seculatur nisi virtutis indociles apparerent , &
contemptores philosophic; enim loquitur , Vlpianus
videtur, bonos non solum metu penarum . Sed p̄es-
miorum exhortatione efficere cupientes, veram ni-
fāl. r, & non simulatam philosophiam affectantes op-
portet enim omnem operam nauare prius, vt discant be-
ne agere . Aristoteles : in Republi. Nihil prosumt vitili-
sunt leges, que a Gubernatoribus decernuntur, nisi mori-
bus instituti , & disciplina imbuti homines fuerint. Di-
sciplina autem est, secundum Platonem ea , vite institu-
ti, que in amorem virtutis paulatim adducit animum
puerilem , & propterea deridet Idem Plato , & vt cruc-
de! es detestatus eos legum latores , qui flatim constituit,
quemadmodum scelerata plebantur, quemodo vero homi-
nes beneiuere discat,nihil adhibent diligentia. H Y S T .
Ecce quam plane experimur Sanctissimos, Canones vel
minimum valere inter perditos nunc mores , in coaps-
tandis in clerum viris , Ultima de moribus (vt ille ait)
fit queſtio, O viuam fieret ultima , Cordate & depol.
Ennius moribus , antiquas res flat Romana virisq;

Maiores nostri vtiq; huic diligentiq; Censo es tetricos,
prefecerunt . T H E O L O G V S , Aurelius , Augus-
tinus in laudem Romanorum, ex republica, Ciceronis
verba hęc scribit, neq; hi viri , nisi ita morata Ciui-
tas fuissent, neq; hi mores , nisi hi viri p̄fuissest,
aut fundare , aut tamdiu tenere potuissent tantum,
& tam iuste, lateq; imperantem rempublicā . H Y S-
T O . O , miseram temporum nostrorum conditionem,
& nulla publice instituti , disciplina peccantes ves-
niam nec speramus , neq; bene agendo p̄emia ex-
peſt:imus . Consideratis, quam grauiter ferre nisi
sunt quidam, quando in consilia plus solito conuenie-
bamus pro corrigenda cum inertis inuentis ignavia
tum luxu , & petulantia , proq; conciliandis ciui-
um inter se animis , & vbi reſemerunt inter Vrſi-
nos, & Columnen positis armis , ac simileatibus . Iu-
lio hinc , & inde Fabritio principibus universo,
S . P . Q . R . Asſipulante in Capitolio desidera-
tissim, celebratam pacem , conceptam propterea ani-
mi moleſtiam desitum fuit dissimulare , qua recogni-
ta nonnulli metuentes voluntario exilio fecerunt, vt
Iulius , Alberthicus , & in eius conſervatoratu hęc,
& alia multa gesta sunt e , Republica , Pompeius
Columna Episcopus Reatinus , Robertus Vrſinus ,
Princeps Senatus , & alij Ciues multi . Heu heu
quo versa res est, vt qui quondam benemeriti de re-
publica studiuerint, inter Heroas Claros venerabantur,

At nunc in tabellam proscriptorum referri timent.
 In puniendis peccatis pessime, cum reis nunc agitur,
 aut bonis, aut vita, & bonis simul exuntur, nulla cas-
 fligandi ratio, ut meliores fiant, nulla quoq; exemplaris
 penæ, ut ali terreantur, crarioris fieri. Cives non bonos
 amant. Divi Trajano inter cetera optimi cognomen tri-
 buit, q; nulla fisci causa se principe bona esset, nunc ve-
 ro nulla mala Modestinum in causis dubiis contrafiscum
 intrepide indicatum respondisse ferunt, pro fisco nunc sem-
 per fit iudicatio. Sapientes duas penarum species com-
 mendant, Casligationem et exemplum, Casligatio, ut
 qui imprudens peccavit, posthac fieret consideratio, vel
 quoties spes esset rerum ad meliorem frugem redire,
 exemplum appellant capitalem penam, qua ceteri
 admonentur. I V R . De hac pena nunc intellecto Claud.
 Iureconsultum respondisse. Nimium multis personis
 crassanibus exemplo opus esse. H Y S T . Fandem pen-
 arum distinctionem virgæ, & secures in fascibus preto-
 rianis pollicebantur, virgæ quod emendari potest, corri-
 gunt, secures, quod emendari non potest, succidunt.
 Non ergo statim, neq; passim maximeq; a dicta causa ad
 eisdem profiliendum est. T H E O . Peccantem iterum
 corripi, & non cedi Iesus precipit, & arbor illa infru-
 etuosa post tertiam sclerocationem iussa est succidi.
 H Y S T . Aliud quoq; notau dignum in illis fascibus cer-
 nebatur, q; colligati, & non sicuti essent, unde vsus
 patrum arbitror, q; hodie vaginati glady Potestatibus,

preferuntur pro fascibus, qui pretores presabant, ea ras-
 tione, q; non in promptu, & ad manus de capite cognoscen-
 tis expeditas secures esse volebant idest, q; omnis pu-
 niendi ratio vinculo humanitatis, & misericordiq; dulce-
 dine esset irretita q; non nisi lege, & iniurias ad ylci-
 scandi accedere videar. E V R . Audite ad hanc rem
 queso eloquentissimi, ac Sanctissimi. Leonis Papp verba
 aurea hæc. Plus erga corrigendos agat benevolentia,
 q; severitas, plus exortatio, q; comminatio, plus charitas,
 q; potestas. Sed ab his quoq; sua querunt, non quoq; Chris-
 tii ab hac lege disceditur, & dum dominari magis, q;
 consilere subditis placet, honor inflatur in superbiam.
 H Y S T . Diocletianus Imperator Iustitiam sine miseri-
 cordia Crucem esse dicebat, dignum mehercle prin-
 cipe dicterium, furentis sane, & sanguinem huma-
 num anhelantis est precipitem in supplicia ferri. Sepi-
 sume nos ipsi vidimus, si memoria tenetis, in media vre-
 ne, eodem momento, & captos & capite truncatos milto-
 to, quod plerumq; fassus est princeps a, se imperatum
 ne supplicationibus vinceretur. P H I . Quid audio, pul-
 chrius duxit, crudelior, q; indulgentior videri. H Y S T .
 Antiquitus tanti de capite hominis Iudicium erat, q;
 publica iudicia multorum grauissima, Censura agitaren-
 tur ex omni ordine lectorum Iudicium, plebeio, Equestris,
 & Senatorio, ac diffari numero, ut plurimum saitem uno
 certa sententia vinceret, In causa Miloniana unus, &
 septuaginta dati indices memorantur, siebatq; reis recus-

sandi potestas, quos volebant reiici, & in reiectorum locum ex Urna alijs sublegebantur, auctor est Ascanius Pedianus, sub Imperio postea introductum de nullo supplicium sumi, nisi proprio Cesaris chyrographo tabella subscriberetur, & quem in humanum ducerent etiam in fascinorios sequire, Aqua & Igni interdicendi ius induxerunt, Interdictio enim earum rerum vsi, sine quibus vita confidere non potest, rei inter mortuos numerabantur humore sane, & calore corpora animari intelligebant. Hinc a, noua nuptia ignem, & aquam tangi infliguerunt, Quod institutum adhuc in sacris nuptialibus retinemus. Cruenta vero supplicia raro, & in humiliores, ac perditissimos, exercebant. Nunc autem viuis, stulti arbitrio, & indista plerumq; causa in omnem passim secures expediuntur, horret animus, dum recusat in mentem carnificina illa, quam quotidie pro spectaculis spectamus, de excessatis per longa supplicia, & candardi forfice excarnificatis corporibus, Olim non nisi atra die, ac deserto, & infami loco suppliciis rei subiiciebantur, Nunc vero ipsa die, ac via celebri qua in Consistoriorum itur, quasi comeantibus, gratum sit in crucem aetorum spectaculum, Non sic Magiores nostri sed humaniter, clementer, religiose, & sacerdotibus omnino piaculare esse voluerunt, ne vita forent inoptabili, PHILOSOPHVS. Platonis cum est etiam istud institutum in Epistola ad propinquos Dionis, scribit, Sacerdotem inferenda necis,

carceris, exilij Sententia contaminari nefas esse. Idem in Gorgia ait, non decere Sapientem inoptabilem vietam habere, inoptabilem putat eorum, qui capitalibus ius dicunt. I V R E S P. Hoc idem sacris constitutionibus continetur quāvis Episcopi hodie titulo, Gubernatoris huic ministerio preficiantur. PHIL O. Dic prudentissime, quam bene Episcopus orabit pro populo. Vir sanguinis, quam bene plebem suam instruet, Cuius inter tortores, & sacrifices conuersatio est, & de extenderidis equuleis sedula disputatione, quicq; pulchrius, dicit solertiorem latrunculatorem, quam religiosum Episcopum haberi. H Y S T. Dirus, non Diuus Diocletianus magistris Urbicis, prouinciarumq; Presidiibus tantum curę adhibuit, vt neq; modestiores vnguad, neq; iustiores, extitisse perhibentur. Huic autem pudentia, Cesarum ignauissimo in moderamine Iuris dicundi nosistros superari, ad magistratus, diliguntur, Inclemenes, rapaces, Callidi, & plerumq; licitatione vincentes, ea (quod peius est) lege, vt nullis legibus etiam repetundarum teneantur, Vnde verum experimur illud Aristotelis, qui legibus hominem preponit, squisimam, bestiam preponit. PHILOSOP. Observate obsecro, hęc Platonis, quarto de legibus verba, Interitum (inquit) illi Civitati paratum video in, qua non lex magistratibus, sed legi magistratus presunt Salutem vero illi, vbi lex seruentibus, magistratibus, dominatur. H Y S T. Inter ipsas namq; leges, & securis, & tri-

bunalia flagrans in omne facinus libido dominatur. Cuius rei quam grauatae premeremur, & in consilis publi. verba fierent, detestari nostra consilia cepta sunt, nec ante calumniam destitutum quod Curia clauderetur Eloquens tissimus. Tertullianus bonorum virorum, & pro rebus minime improbis negat esse conuenticulas. Vetus Antoninus responfit. Iusquam seruitutem seruientium querelas magis tractationis aduersus dominos suos audiendas nobis vero ne hiscere quidem concessum. In Phalaridis Tauri bullientium mugitus, inhibitos nusquam legimus, crudelissimum cedepol, & Supradicte possit, in tormentis tacere iussis tormentum. P H I . Bonis autem moribus imbutitur Civitas, verbo, & opere, quibus solis omnis res etia in instituto continetur. T H E . Salvator noster cepit prius facere, quod docere, qui iubet, aut docet, & non facit, seductor est, ad vitiumq; instruit. Laetitius, Incongruens, atque ineptum non in pectore, Sed in labiis habere bonitatem. Verum nemo effigiatius expressit, quod Sanctus Basilius Ille, quem ex multificia rerum cognitione magni Grecia vocitauit, si de lib. stud. qui enim inquit, virtutem in cetero hominum laudant, amplissimisq; verbis extollunt, ipsi vero, & libidine temperantis, & quod sum iustitiae anteponunt, hi mea sententia nihil differunt ab hystrionibus, qui cum poemata in scena agunt, sepe, ut Reges, vel ut potentes prodeunt quom in neque reges, sint, neque potentes, neque omnino forsitan liberi. At hic ultimus est iniurie terminus, bonus videti; quom non sis,

P H I . Non Crisitilogos sequitur populus id est qui bene loquuntur, & male agunt. Sic Impera. Pertinax huius scienti homines appellitabat. Mores principum regula sunt viuendi Ciuiis, ac exemplar validissimum, in quo omnium conuerstoculi insudant fieri similes. Morum veru dissimilitudo parit odium, Sic similitudo gratiam; Gestis quisque agere, que Principem obiectant, que res quantum valeat ad mores Civitatis, Plato docet his verbis, non multo labore, neque longo tempore Tyranno opus est, ciuitatis mores mutare. Nam siue ad virtutis officia, siue contra ciues perducere velit, ipse primus viam, per quam sequantur ceteri, ingrediatur oportet, omnia p; in seipso primum expressa prescribat agendo, alia quidem laudans, atque honorans, alia vero vituperans. H Y S T . Eleganter ergo junior Plinius Traiano dixit. Vita principis censura est, ea p; perpetuo ad hanc dirigimus, ad hanc conuertimur, neque tam imperio nobis opus est quod exemplo. T H E . Hinc Apostolus ad Tymotheum, scribit, Forma esto fidelibus in Conuersationem, in fide, in Castitate. H Y S T . Sed quid sapientum, ac suarum dogmata commemoramus, nonne ipse experti sumus, quod virtuti bonus fuit Papalis, non solum Curia, verum etiam Universus Orbis dilectissimus, atque Sanctissimus abundavit viris. At vbi vita irruperunt, & in summa arcis pro Tribunalis visa sunt dare honores, nemo bonus fieri concipiuit, si dignitates omnes austi- nari cernuntur, que virtutum splendore mereri debet,

quis ad hęc fastigia anhelans, anhelant sane omnes, cu-
mulandis opibus non inuigilat, cumulari autem sine vi-
tio vix possunt, vt in prouerbiis legitur, qui festinat die-
tari, non erit innocens, pudet dicere, quibus gratis pa-
tent dignitatum portę. Numirum si tam paucissimi bo-
narum artium sunt studioſi, Veraq; vox illa, Sub bono
principe malū Ciues esse non possunt, & contra, Sub ma-
lo principe boni esse non possunt. T H E O . Grande du-
bio procul, in principib; crimen, ac pernitiose conta-
gioſum, quādo eorū exēplo populi diſcunt int̄ēperāter vi-
uere, & vsq; adeo grande, q; expetibilius ſibi ſit crude i-
ter cędi, Christo & Iesu noſtro acclamante. Siquis ſcanda-
lizauerit unum ex pufiliis iſiis, expedite ei, vt, in collo
eius ſuspendatur mola aſinaria, & mergatur in proſun-
dum maris. H Y S T . Quid ſi ſcandalizat orbem vni-
ueſum? T H E O L . Tot mortibus dignum Beatissimus
Gr̄gorius tradit, quoſ ad ſubditos perditionis exempla
transmittit. Atq; omnium deſtorum conſenſu tanq; hęc
reticas Epifcopatuſ euiciendus, Incorrigitibilis enim quisq;
non ſimmerito inter hereticos nominatur, ea vel maxime
ratione, q; peccandi impudentia non niſi ab incredibilitate
proſiſciunt locupletiſſimo Cypriani teſtimonio in hęc
verbę, Diem donini, & iram dei, & incredulis dira
ſupplcia, & ſtatuta perfidis dira tormenta nemo con-
ſiderat, quod metueret conſcientia noſtra. Si crederet,
quia non credit, omnino non metuit, ſi autem crederet,
caueret. Si caueret, euaderet, Clemens Papa. Qui enim

rebelliter viuit, & diſcere, aut agere bona recuſat, ma-
gis Diaboli, q; Chriſti membrum eſſe oſtenditur, & po-
tius infidelis, q; fideliſ eſſe monſtratur. P H I L . Poſtq;
ſcandalizatio tam exitiale ſeclus eſt. Vtrum opus eſt
a vero procedat criminе. I V R I S P . ſunt qui exigunt,
verum ſit, crimen, & notorium vſq; quo ſcanda-
lus pariat in populo, quorum iuuatur ſententia, Si nemo
preſumptione dammandus multo certi minus ſum. Pont.
Cuius culpam redarguere audet nemo mortalium. T H .
Diuerſum eloquentiſſimi, Martyris Cypriani vrget au-
toſoritas li. de Sing. Cler. Peius eſt (iuquit) q; mechia
Continentiam ducere criminam, & infamem facere
ſanctimoniam, Idem Cyprianus li. de habitu virginum.
Excufari non potes, quaſi mente caſta ſion, & pudica, re-
darguant te cultus improbi, & impudicus ornatua, nec
computari iam potes inter pueras, & virgines Chriſti;
queſ ſic viuit: vt poſſis adamari. Et vtq; ſcandaliza-
tio Deo infeſſa eſt: non ob id ſolum: quo peccatur. Sed
quo ſcandalizatur, Nam: & peccari potes fine ſcanda-
lo; & illud Apoſtoli: Si non caſte: caute: & ſcanda-
lizare potes abſq; eo peccato: quod peccare videris: ni-
hil interef quo ad nos mortales: male vel agas: vel
agere uidearis: Si me fugit vere nū feceris: non me
fugit: per id quod peccasse videris. Neq; minimum
peccat qui ſic viuit: vt peccare videatur: non enim
in eo: q; non facis: Sed in eo: q; facere videris: ſcanda-
lizas: ad hęc Aurelius Auguſtus, li. de Com. Vtq; Cleri,

Duc res sunt conscientia, & fama, Conscientia est necessaria tibi, fama proximo tuo, qui confidens conscientie, negligit famam, crudelis est, quod crudelitas viri discretissimi, non in seipsum, ut v'go creditur. Sed in alios est, qui male agendi inducunt licentiam, vt Idem Augustus, Alio loco declarat dicens. Non sunt audiendi, qui sibi sufficere conscientiam dicunt, existimationem autem non solum in pudenter, verum etiam crudeliter contemnetes, quum occidant animas aliorum, I V R. Non ergo suspicionibus sic Pontificis indicatur, Sed manifesto scandalizationis delicto, hinc nullis accusantibus sanctissimum, purgandi ius introductum legimus, & sponte multos Pontificis Maximi, subiisse colla, vt iustum, Leonem. iij. H Y S T . Hodie capitale est, de purgatione, aut Consilio cogitare, nec ob aliud tot annos infestis oppressa armis miserabiliter luget Italia In cuius excidium omnium Christianorum concitata sunt arma omnium barbarorum immanitas, ac rabies irritata, testis est Verona, Vicentia, Pataium, & reliqua Venetia tota. Item Aemilia, Tuscia, Rauenna, Brixia, Vbi sine discrimine statim sexus, locorum sentitum crudelissime non ignoratur illisi infantes, direpta templa, profanata sacra. Moniales, Virgines, Nuptes, atq; innupte cœsp, fluprat, venundatae, prostitutæ, nec ante ab hostiisibus cessatum, q; per pauci ad instantem miseriam reseruati intelligerentur Ter signis collatis pugnatum supra ducenta millia Christianorum defunderata, plus riualis decurrentis sanguinis

nisi humani, q; imbrrium irrigata terra, delirant Reges (vt ille ait) plectuntur achini, pro aliorum nequicia pessimas dant innocentes, & crudelius est, deletis sepe corporis reintegrare bellum non cessant, quo ventum est. Auri Ecclesiæ, ex elemosinis in alimoniam pauperum, & captiuorum redemptionem congregatum, effunditur in perniciem etiam animarum, Orabat Moses vt vinceret, non pugnabat, Cecidissent Reges, & Duces Longobardorum, si Diuinus Gregorius humano sanguine polui non fornidasset. Ambrosius irruentibus ad Ecclesiam occupandam armatis ne qua strages sequeretur non reflitti vi, vt poterat, Sed oratione, & lachrymis, quod sola Clericorum arma esse dicebat. Idem Ambrosius Theodosium Imperatorem & Templi aditu repulit, q; in Thessalonicenses sive Innocentum discrimine fecisset, quem arbitrari se presintisset erga eos sacerdotes & qui haud dissimilis fecitq; extitissent, quid si vidissent denuo statim Italique Vrbibus, & centenis millibus, Christianorum cœsis gentilium more superbos per Vrbem trahit triumphos, solemnia Deo vota solui, gratulationesq; agitari contrarius triumphandi, Santissimaq; Cluitatis nosstræ instituta, que nunquam funestis Cluium, Sociorumque victoriis letari visæ est, quibus verbis humanitatem tuam efferam, C. Antonij vicitur Catilina, q; abscessos gladios in Castra menses retulisti. Inuidiosum sane censembas (et si optabilis, et Reipublice per necessaria ea victoria fuerit), sanguinolentis gladii Cluium, vt externos

rum cruro hostium exultare . L . Cecinna & . C .
 Marius , ut Ciulis sanguinis audi , sic moderatissimi
 victores , quod non proiunus ad tempa Deorum , &
 aras cucurserunt . L . Sylla insoens quanuis vctor fue-
 rit , de confessis pro sepe bellis Ciilibus neq; vnquam
 ouans , triumphansq; uisus proditur , deniq; Fabius meo-
 minit , lauream nec Senatum cuiquam decreuisse , neq;
 quenquam sibi dari petuisse , Ciuitatis parte lacrimante . THE .
 Neq; mirum si tam execrabilis est scandalizatio , quod plura deterrima inde sequuntur , mas-
 la , ipsius charitatis derelictio , Christiani infidelitas , &
 peccandi licentia , non Christianis irridendae , ad des-
 testandae (quod peius est , religionis ausa , Apostolus ,
 si propter esca frater tuus scandalizatur iam non in
 Charitate ambulas , noli esca tu illum perdere , pro-
 pter quem CHRISTVS mortuus est . Cyprianus ,
 blasphemiam ingerit religioni , quam contulit , qui
 quod confitetur non ante omnes impleuerit , ne Chris-
 tianitas credatur esse fallacia . & mechanio videatur
 sanctitas uelamento uestita , propter quod Dominus in
 Euangeliu sic præmonet dicens , sic lumen uestrum lu-
 ceat cor amominibus , ut uidentes opera uestra bona ma-
 gnificent patrem uestrum , qui in Cœlis est , Paulus , e-
 stote sine scandalo Iudeis , & Græcis , & Ecclesiis Dei ,
 sicut ego , qui per omnia omnibus placebo , non que-
 ren , quod mihi utile est , sed , quod multis , it falso
 ui fiant . Simon Petrus . Hæc est uoluntas Dei ut

beneficiantes obmutescere faciatis stultorum hominum
 ignorantiam , quomodo ergo obmutescere facient , qui
 blasphemias ab infidelibus provocant , & infidelibus
 perniciosum præbent exemplum . Iccireo Paulus ad Ty-
 motheum scribit . Non percusorem Episcopum , id est ,
 qui conscientiam non percuant singulorum , ut contra
 Louianum placet Hieronimo , male ergo Gratianus
 interpretatur , ne proprijs manibus , aliquem cedat , qui
 sensus , quum non quadraret , eidem Hieronimo siat-
 um subiunxit ; non enim pugilem describit ser . Apo-
 stolicus , sed institutum , quid Pont . fa . ere non deberet , absime
 re omnino debet non solum ab his , quæ turpia sunt Epi-
 scopus , uerum etiam ab his , quæ indifferentia habentur ,
 quando propterea prospicit in scandali offendam incide-
 re . Idem Paulus ad Corinth . Si esca scandalizat fra-
 trem meum non manducabo carnem in æternum .

P H Y L O S O . Principem ergo , & esse , & credi
 bonum uirum oportet , si virtutis studiosam reliquam
 multitudinem fieri desideramus . I V R I S P E R .
 quibus uirtutibus preflare debet princeps & THE .
 Omnibus quidem , & iccireo Aquinas nosler ait . Non
 dicitur esse aliquis bonus princeps nisi sit bonus per om-
 nes virtutes morales , & prudens , vnde oportet Polybi-
 eum , id est Reptorem polythie esse prudentem , & per con-
 sequens bonum uirum , P H Y L . Et in primis pruden-
 tia , quod dux est aliarum omnium virtutum ; simili-
 ter ; & Temperantia ; sine qua nemo iustus esse pos-

test'. Nam sicut Haud quisque est, qui vicino, familiari
ue forti, aut liberali, multarumque artium perito conten-
tus sit, nisi sit etiam temperatus Pariter nec intemperato
princeps letari potest. Hinc Plato ait, Princeps si tempe-
rantiam non habeat, reliquas licet virtutes habeat, nihil
est. Item magnifica liberalitate usque adeo pollere debet,
ut ne minima pecuniarum cupidinis suspitione, macules-
tur, quod si in pretio certus, habeat nemo non auripera effi-
cietur. E V R I S P . Nihil mihi videtur istuc absurdum con-
tinere, quoniam plus reipublica expetenda Patria familias
diligentia quam inertiis desidia, Patria enim familias
est opus, querendarum sollicitudo, isque economicus fuis
vii mercaturae quoque, et medicinae sanitatis, que sollicitu-
do homines reddit soleriores, industrios, quicquid quan-
tum ignavis prestat, tantum Communitatibus sunt utili-
ties, duitus singulorum non alterius, magis ingruenti-
bus, necessitatibus, quam universorum esse intelligentes,
quo opulentior est res publica. Et potentior, et sublimior, et
nobilior sit, est necesse, Si pauperes Maiores nostri exis-
tissent, tam late Imperantem Remp. non habuissent tas-
met si armis bellum geretur nihilominus, belli neruus, est pec-
curia, quoniam desiderantes sunt imbellies, inermesque; pre-
terea pauperes felicitatis Aristotelicus compotes haud sie-
ri possunt, quod usque exercendis liberalitatis delitiantur.
P H I . Et si in fronte falsa opinione precepta istibhuc ve-
ra videantur in recessu tuus, qui penitus introfexerit, et
libramine rationis penitauerit, nihil tam inimicum rei

publice comperiret, quod diuini iarum illecebras, licet patris
familias officium sit, quod rere, et quod sua tueri, citra vitium
tamen accipimus, ut non ducat in delitiis ditari. Sed non
egere. Hinc diues dictus, quod nihil egeat quasi Deus, Ege-
re vero sapientes referunt ad necessitatem, non autem ad
luxus, et voluptates, neque Diues definitur, qui multa
habent, sed qui paucis egerit, quiq; egerit non ignorat. Nam
quo plura habeas, pluribus egeas est necesse, duitus mo-
deratione animi terminantur, non rerum affluentia. Cas-
to Portius sibi exprobrantes, quod multis egeret, deridebat,
quod nescirent egerit, opes itaque appetentes pro instrumento
ad bene, beataque uiuendum. T H E O . Hoc illud bo-
num opus est, de quo Apostolus sic ait. Qui Episcopatum
desiderat, bonum opus desiderat, id est occasionem exer-
cendarum virtutum habere, secundum Hieronimum.
P H I . Verum quia difficile est in delitiis duitiarum ver-
sari, et illis non reprehensibile est, eorum te, te in iudicio
blanditiis committere, quibus facillime captiuaberis sa-
pienter ergo Crates ille Thelbanus proiecto in mare non
paruo aurum pandere abite, dixit, pessimus voluntates,
Ego vos mergam, ne ipse mergar a vobis. Pythagoria-
ci, Platonici, ac stoici in solitudinibus, et desertis, ac
pestilentibus locis habitasse feruntur, ne illa voluptas
tum illecebra a contemplatione sapientis auocarentur,
T H E . Ad hanc rem Hiero contra. Iouianum sic lo-
guntur. Si quis existimat versari inter delitias, et deli-
tiarum vitius non teneri seipsum decipit, quem enim pro-

cul ab his remoti s̄epe copiamur naturae illecebris: & cogimur ea: cupere: quarum copiam non habemus: quanto magis si circundati retibus uoluptatum esse nos liberos arbitremur: vetus quo sententia est: difficile: immo impossibile est delitio: & uoluptatibus affluentes, non ea cogitare: que gerimus fruſtra quidem simulant salua fide: & pudicitia: & integritate mentis se abuvi uoluptatibus quum contra naturam sit: copijs uoluptatum sine uoluptate frui: & Apostolus hoc ipsum canens dixit: que autem in delitijs uiuentis est: mortua est. P H Y. Periculosa: itaq; res est: & usq; adeo periculosa: quod reprehensione non carebit quisquis continentiam: uel prudentiam proficeret: & huiuscmodi discriminibus: se se oblectaret non refroidat: satius quippe exstimo per egestatem liberalitatis usū carere: quam tam insani periculo se ecce mittere. H Y S. quod si ratio non: suadet: suadeat salutem haud latens: atq; domesticum experimentum. Rigiditas Romane Ecclesie aduersus uoluptatum illecebros diuitiarum deuinimentis em. illas: atq; prorsus effeminata cernitur: & que calcare humilitate superbiam: & Imperij suus despicer solebat: posita nunc mansuetudine cęca ambitus. libidin. fiorens dominandi potestate superbis. quid maius: unquam Rom. Imperio: quod tamen non aliis armis: quād diuitiarum blasitatis expugnatum: atq; euersum: uidetur: quisquis res magnas uī diuitiarū pugnat: atq; nec armis preclarus: quequād conficit: sine prudentiū cōfīcio: & autoritate: quid humilius casio Ro-

muleis, quid eiusdem vietcrijs glorioſius, non opulentia, sed virtutis robore, totiens de finitimiis triumphauit. Per creuit, non creuit, immo inter ijs res Romana luxuriosis diuitiarum opibus, quid plura: postquam sapientissimi, Catonis habemus testimonium cuius, verba in oratione ad Senatum contra Catilinam sunt hęc. Nolite, (inquit) exſlimare Maiores nostros, Rempubl. ex parua armis magnam fecisse, si ita res esset, multo pulcherrimam haberemus, quippe Ciuium, atq; sociorum armorum atq; equorum maior copia nobis, qūm illis, est, sed alia fuere, que illis magnos fecerunt Domi industria, foris iustum Imperium. Animus in confundendo Liber, neq; delicto, neq; liberi obnoxius, pro his, nos habemus luxuriam, atq; auaritiam. I V R I S P E R I T . nugas audire uideor. Si neq; armis, neq; pecunia res magnae conficiuntur, quibus rebus dicitis confici. P H Y L O S O . Non animadueriſli Catonis recitata verba, quod magistra virtute. Hęc sola sapientes facit, fortes prudentes. Hęc nihil fugiendum docet, nisi signavia, turpitudinem, vitium, nullos hostes formidabiles fore, nullum locum aſperum, inaccessibilem, inex pugnabilem, Nullum laborem inſolitum, ſitum, famem, uigilias tollerare, sub diuo iacere, sole, lymbribus gelu, frigore, durare mēbra, ſolos hostes odiſſe. Ciues, ei ſoios diligere inſtitū colere, Deos propitiare suppliciter, pro fide, pro patria pulchrum mori. Hostes inuadere, loco pellere, Ciues feruare, ante alios ascendere muros, diffo pare-

re, H Y S T . His me hercle artibus fundata res Roma-
na crevit, potentissimi : reges domiti, bellacissime gen-
tes , ac populi subacti , parua sepe militum manu , nu-
merosif hostium exercitus deleti . I V R . Superuacue ad
rem bellicam sunt isto modo pecunie , P H . nisi quates-
nus necessitatē que cito expletur , faciant satis , nullus di-
uiliarum cumulus satis est his , qui mercennario bellige-
rant milite , & Tyrannis in primis , alia sane ratio est
pugnantium pro patria , pro Imperio propagando , vel
conseruando longeque nobilior pro libertate , pro liberis ,
pro foci . pro laribus , alia alienigenorum qui conductio-
tia siue pugnant . quid ab his preclarum expectare pos-
sumus ? qui siipem , quam seipso habent chariorem , aut
siue se putant uilliores . Nunquam ad tantum fngitum
res Romana , peruenisset , si non suis lacertis dimicasset .
H Y S T . quantum interfit pro se , an pro alijs pugna-
re , Pisani memorabile documentum nostra etate preser-
terunt , omni pecuniarum , & sociorum auxilio inopes ,
quatuordecim annorum obsidionem fortissime , soli sub-
stinxerunt , non modo aduersus Florentinas opes , verum
etiam viuuntos prope Italos , Gallorumq; impetus , qui
omnibus , tum formidolosus erat , splenduit , tum Pis-
ana , virtus etiam feminis iuxta viros , pro muris , pro por-
tis , pro stationibus , die , noctuq; militaria munera intre-
pide obeuntibus merentur certe suarum laudum egregium
praeconem . Sed multum interest , vt ille ait , in quo casu
in quo tempore virtus incidat , quia pro libertate pugna-

bant , vbi ab omnibus , iuuandi erant , pudet , dicere , vel
spectatores suarum virtutum , vel expugnatores omnes
fenserunt . I V R . Profectò isthac ratio efficit quod mer-
cenarij milites vel dum in Castris , degunt , vel in bello
cadunt , iisdem honoribus , & fauoribus non gaudeant ,
quibus , pro patria pugnantes vel occumbentes , P H .
Blandiuntur eadepol sibi ipsi Potentatus nostri temporis ,
quando se magnos exsillidunt , quod pecunias , & mul-
to conductio abundant militi . Ego vero solitus sum dis-
cerere , imbellies homines , quanuis locupletes , & qui alias
nis manibus praeliantur , neq; bello , neq; pace potentes .
quid , si pecuniae non suppetant ? quid si mercennarium
non inseniat militem ? Et profligato exercitu . unde , &
quam presto ; & quam strenuum reparabit nisi fortui-
tum queritur rudem , inexcusatum , vel trioboli militem .
H Y S T . Verissima loqueris ; expertinunc sumus Gal-
lorum : & Venetorum vires longe minores esse . quam
vulgo credebantur : Gallorum potentia : qnq; pridem om-
nibus terrori erant breui imbecillis apparuit peditati in-
digna : uno impetu Italia pruicit : itaq; qui aliena appetebant .
de suis nunc cum Hispanis : & Anglicis dimicare
compelluntur : quod non aliunde est : nisi quidc extero
belligerant pedite : & quanuis strenuissimo abundant e-
quitatus , atq; pecunia : veruntamen sine peditatu non est
exercitus : apissime Epycrates vir in re militari peritissi-
mus : pedites manibus similes esse : dicebat : & equites
pedibus : longe autem imbecilliores apparuerunt Veneti

